

2

C A S P A R I S I B E L I I

Homiliae septem

In MATTH. XVIII. vers. 5. 6. 7. 8. 9.

D E

CAVENDIS SCANDALIS.

E T

REFRÆNANDIS PRAVIS
AFFECTIBUS.

I. CORINTH. X. Vers. 32.

*Estate sine offendiculo & Iudeis, & Græcis,
& Ecclesia Dei.*



D A V E N T R I A,

Typis CONRADI THOMÆ I., & sumptibus JOANNIS
JANSSONII, Bibliopolæ Amstelredamensis.

ANNO MDC. XLVI.

Magnifico, Nobilissimo, ac Strenuissimo

D O M I N O ,

D. HIDDONI à VOORST,
Hæreditario in HAEGENVOORDE,
Satrapæ SALANDIÆ:

Ecclesiæ Nutritio piissimo :

*Divina Veritatis, & avta libertatis Propugnatori
acerrimo :*

Iustitiæque Patrono incorruptissimo :

*Domino, Patrono, & Mecænati reve-
reenter colendo,*

*Vitam longam, Incolumitatem tuam, Gubernationem fe-
licem & tranquillam, Salutemque perpetuam,
& Deo ex animo precor.*

*MAGNIFICE AC NOBILISSIME
DOMINE,*



>Editationes meas sacras in Christi se-
riam à Scandalis præmonitionem Ti-
bi consecro & offero, haud dubitans
eis à generoso tuo Nomine strictruras
aliquas accessuras. Ipsum Argumen-
tum quod tracto, me ad Te, Patro-
num certissimum atque acerrimum,
quasi manu dicit. Tu, Scandalorum
osor, ultor & punitor constantissi-
mus, fidum Te proculdubio defensorem ostensurus es e-
jus, qui Scandala omnia remota, vel saltem coërcita ex a-
nimō optat. Nec potest Nobilissimæ tuæ Magnificentia
displacere pium meum studium magnusque conatus, quo
Scandala eorumque authores oppugno. Nam Deum tuum

(*)

sancte:



Sancte revereris, qui ne minimo quidem hominumque abjectissimo offendiculum à quoquam vult objici. Ecclesia, non membrum duntaxat nobile ac sincerum, sed verus quoque & vigilans Nutritius es, estque ejus ædificatio curæ tibi atque cordi, ut non possis non Scandalorum oppugnatores diligere, magnificere, & tueri. Neque hæc tantum causa mihi iithoc Inscriptionis & Dedicationis officium extorsit, sed etiam sincerus ille & nunquam satis æstimabilis affectus, quo me, servorum Dei minimum, prosequeris: & cujus totextant pignora, ut potius alto illum silentio confiteri, quam digno præconio nobilitare queam. Affectui enim respondent beneficia maxima & amplissima, quibus non solum Ecclesiam, patriam, ac subditos, sed & me indignum cumulasti: quæ hac modestâ & officiosa προσφορά agnosco & deprædico. Tu, Magnifice, Nobilissime, ac Strenuissime Domine Satrapa, pro eâ, quam omnes exsuperare soles, benevolentia, hanc officij mei observantiaeque qualemcumque strenam serenâ fronte ac mente excipo, meque & meos favore porrè & patrocinio dignator. Deus Ter Optimus Maximus Te Spiritu sapientiae, consilij, roboris, & timoris sui regat, ab omni malo custodiat, bonis omnibus quam corpore quam animâ cumulet, gubernationi Tuæ ubertim benedicat, ac perennaturæ Tibi felicitatis sensum magis magisque iudies obsignet.

A M E N.
Dabam Daventriæ, X VI. Calend. Novemb.
Anno cl̄o l̄c XLVI.

Nobilissimæ Tuae Magnificentiae obser-
vantissimus,
CASPARUS SIBELIUS.

CONCIO PRIMA

I N

M A T T H. XVIII. vers. 5.

*Et quisquis exceperit aliquem puerulum talern
in nomine meo, me excipit.*



Raviter atque opportunè Paulus Theffalonicensibus inculcat illud: *Edificate singuli singulos.* 1. Thes. 5. 11. Nec leviore spiritu Romanos horratur: *Nempe quæ ad mutuam ædificationem faciunt se temur.* Rom. 14. 19. Non solis Theffalonicensibus & Romanis, sed nobis omnibus dicta hæc existimemus. Et ita disertè & significanter Christus, cælestis ille Architectus, discipulis suis ait: *Quæ dico vobis, omnibus dico.* Marc. 13. vers. 27. Nimur ut multi architecti ad unam domum struendam operas conferunt, donec coronidem ei sumnumque fastigium imponant: Ita singuli pri omnia sua studia ad ædificationem Ecclesiæ, *qua est domus Dei vivi,* 1. Tim. 3. 15. ac domesticorum ejus, adhibere debent. Membra sunt unius mystici corporis, quæ mutuam salutem serio sedulq[ue] procurare tenentur. Egregiè Paulus: *Ne sit dissidium in corpore, sed membra itidem sollicita sint alia pro aliis.* 1. Cor. 12. 25. Dei servi & depositarij sunt fideles, quibus varia talenta concredidit, ut ex iis negotiantes, Christo plurimas animas lucifaciant. Væ defodientibus talentum suum in terram, & pecunia n Domini sui occultantibus. Felices vero terque quaterque, qui fo-

A

nus

C O N C I O P R I M A

nus grande ex talento sibi tradito faciunt. Audiet quisque eorum in ultimo rationum die dulcisonum illud & præclarum encomium ex ore coelestis Creditoris: *Bene est, serva bone & fidelis: in exiguo fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredere in gaudium domini tui.* Matth. 25. 14. & seqq. Sub uno vexillo in castris cœlestis Imperatoris militant electi: ergo commilitones infirmos juvabunt, *manus remissas & genua soluta surrident,* Hebr. 12. 12. lapsos erigent, belli & rei militaris rudes atque tyrones arma spiritualia tractare docebunt, tristes consolabuntur, vacillantes sustentabunt, pedem referentes & fugâ sibi consulturos retrahent: verbo dicam, *præximos suos ut seipso diligent.* Matth. 22. 39. Viatores sunt filij Dei, qui per lubricam & periculosa viam ex mundi deserto in cœlestem patriam contendunt. Ipsorum est cum peregrinationis sociis concorditer iter pergere, in regia via eos ducere, errantes reducere, ac quām ipsis animarum salus cara est, comites suos nunquam deserere, ac studiosè prospicere, ne πρόχορην vel scandalum illis objiciant. Atque hoc ipsum Christus in verbis prælectis à suis exigit. Nam occasione exempli propositi, (h. e. pueruli in medio Apostolorum statuti, à quo animi demissionem dicerent) porro docet, puerulos tūm ætate, tūm sensu esse excipiendos, non autem offendendos: ac omnino offendendum esse neminem. Sunt autem duo membra hīc accuratè observanda & expendenda. Christus

I. Remedium seu antidotum contra scandali dationem præscribit. vers. 5.

II. Seriò à scando dando dehortatur. vers. 6. 7.

De utroque ordine concionibus aliquot agemus.

Christus Mihi largiatur linguam eruditam, Spiritum que veritatis & prudentiæ, Vobis animum attentum, docilem, & vocis suæ obsequenter. *A M E N.*

IN MATTH. XVIII.

R E M E D I U M C O N T R A S C A N D A L U M.

UNICUM & salutare contra scandalum remedium est, *ut puerulos, id est, proximum infirmum, humilem & sincerum, in Christi nomine excipiamus.* Quinque hīc circumstantiæ notandæ sunt, & distinctè atque sigillatim explicandæ: I. Q U I S. II. C U I. III. Q U I D. IV. Q U A R E. V. Q U O E F F E C T U præstare debeat.

I. Q U I S?

HOc exprimitur voce, *Quisquis.* Non dicit Christus, *puerulos debere puerulos excipere.* Nam pares cum paribus facilè congregantur. Et nihil frequentius, quām *parvulos unà sedere in foris, & acclamare sodalibus suis,* ipso Salvatore teste. Matth. 11. 16. Prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quam Græci vocant ὄμηλια. Puerulis nulla de dignitate vox, illi primas non ambiunt, quod dexterum, quod sinistrum sit latuus ignorant, neque de primo confessu, accubitu aut præcessione cum quoquam altercantur: non norunt efflorescentem parentum nobilitatem, non super divitiis elatione vanâ gloriantur, non ob patriarcharum gloriarum multitudinem. Videbis dominum simul & famulum in omnibus converlantes, videbis pauperem puerum & opulentum ignaros discriminis, quo distant inter se, sedis celsioris ignoros, ignoros diversæ educationis. Perinde Imperatoris & Regis filio lo est, cum regis an rustici filio ludat, ac in ejus familiaritate verisetur. Adhèc si soli pueruli puerulos exciperent, sæpiissimè idem illis accideret quod Christus ait: *Quod si cœcus cœcum per viam duxerit, ambo in foveam cadent.*

A 2

Matth.

CONCIO PRIMA.

Matth. 15. 14. Nam sapientia in hanc ætatem non cadit. *Stultitia alligata est animo pueri.* Prov. 22. 15. Duce prudente, præceptore perito, curâque & regimine vigilante opus pueri habent. Cæteroquin haad diffitemar, concordiani, mutuamque ædificationem, & ad bonum provocationem mirè ornare pueritiam. Porrò non jubet Christus parentes excipere liberos, præsertim puerulos. Nam ipsa natura parentibus curam puerorum instillavit. Perspicue hoc Deus profitetur apud Esaiam : *An oblitisci potest mulier fætus sui, ut non m'ereatur filij uteri sui?* cap. 49. 15. Per hunc amorem & curam maternam Hagara parvuli Ismaëlis mortem videre nequibat. Gen 21. 16. Neque etiam solis præceptoribus Christus puerulos & discipulos erudiens in pietate & bonis moribus commendat. Sed quemvis vult excipere puerulos. Quum enim homines divites, honorati, docti, & magnates existiment, contemptibiles se fore, & ridiculo omnibus, si puerulos & abjectos homines excipiunt, iisque conversentur; Christus omnibus hoc dicit, ne quis te eximat, & ab officio hoc liberum putet. Ut hic rursus valeat illud Christi. *Quæ dico vobis, omnibus dico.* Marc. 13. 37.

Uſus ad παιδιά.

TU ergo, mi homo, quisquis es, puerulos & abjectos hujus mundi, dummodo humili, modesti & sinceri sint, ac proborum puerorum vestigia premant, libenter & hilariter excipe. Ipse Christus, *dominantum Dominus & regum Rex quum esset,* Apoc. 19. 16. omnium factus est servus. Discipulis suis ait: *Ego sum inter vos ut qui ministrat.* Luc. 22. 27. Itidem & nos affectos esse oportet. Signatè & nervosè Petrus : *Vt quisque accepit donum, ita aliis in aliū illud administrare, ut boni dispensatores variæ Dei gratia.*

1. Epist.

IN M A T T H. XVIII;

3

Epist. 4. 10. Qui donis excellentibus decorati sunt, non dominos, sed dispensatores se esse, meminisse debent, id que ut comiter impertiantur proximis, prout horum necessitas vel usus postulat. *Quisquis regem aut principem agit, & magistratum gerit, ne probro sibi & dedecori esse putet,* vel minimum subditorum benignè excipere. Lumen sit Republicæ : quemadmodum servi & subditi Davidis, eum lucernam Israelis & vocitarunt & agnoverunt. 2. Sam. 21. 17. Non sibi, sed aliis luceat : aliis lucendo & inserviendo consumatur. Iobus princeps Edomi, salutaribus consiliis instruxit, & auxilio juvit eos, qui rebus suis prospicere non poterant. Ipsum audite : *Pro oculis eram caco : & pro pedibus clando-eram.* Pater eram egentibus: & litem quam non cognoveram, inquirebam. Job. 29. 15. 16. Et qui inter Ethnicos senioris fuere mentis, & æquitatis amantes Reges & principes, ipsius naturæ instinctu, hac in re nec sibi nec suis defuerunt. Augustus Cæsar, Suetonio teste, jus dixit assidue & in noctem nonnunquam. Quod si infirmior etiam esset, & à corpore minus valeret, lecticâ pro tribunal postrâ, & in ea recubans, vel etiam domi jus reddebat. Titum Vespasianum Imperatorem idem Suetonius Tranquillus scribit adeo fuisse liberalem in desideriis hominum exemplidis, ut ne ullum quidem sine spe dimitteret. Quam ob causam admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur, quām præstare posset : *Non oportere, ait, quendam à sermone principis tristem discedere.* Magnificum omnino & perhumanum symbolum, & dignum tanto Cæfare, quod non tam verbo, quām opere ipso expressit. Nam neque negavit qui quam potentibus, & ut, quæ vellent, peterent, ultrò adhortatus est, & in rebus adversis Republicæ ac calamitosis, non modò principis solitudinem, sed & parentis affectuum unicuique præstitit, nunc consolendo per edita, nunc opitulando, quatenus suppeteret facultas. Quin etiam :

A. 3.

etiam:

C O N C I O P R I M A

etiam recordatus quondam super coenam , quod nihil cuiquam toto die praestitisset, memorabilem illam meritoque laudandam vocem edidit : *Amici diem perdidisti.* *Quisquis* sacro Verbi ministerio, & legatione nomine Christi apud homines fungitur, omnes fidei suae commissos fraternè excipiat , ac Paulum Apostolum , electum illud Dei Vas, & fidum mysteriorum dispensatorem , imitandum sibi proponat. Hic de se pronunciare non erubescit: *Quamvis liber sim ab omnibus, omnibus me ipsum servum feci, ut plures lucrifacem.* Et factus sum Iudeus ut Iudeus, ut Iudeos lucrifacem: iis qui sub Lege sunt , ut si essem sub Lege, ut eos qui sub Lege sunt lucrifacem. *Ex legibus ut ex lexi (non tamen ex lexi Deo, sed sub lexi Christo) ut lucrifacem ex leges.* Factus sum infirmus ut infirmus , ut infirmos lucrifacem: omnibus factus sum omnia, ut omnino aliquos servarem. Hoc autem facio propter Euangelium, ut una particeps ejus fiam. 1. Cor. 9. 19—23. Hoc Pauli studium Ecclesiarum pastores imitantur. Nihil ex ipsisorum dignitate decedit, si humilius fese omnibus accommodent. Servitus enim hæc neque ignominiosa est, neque infelix. Nam spontanea est, ac proinde cum summa libertate conjuncta. Nemo illam subiturus est, qui non prius carnem cum pravis affectibus subegerit, quorum imperium omni tyrannide gravius est. Accedit quod Christo fiant similes, qui promptè & fideliter omnibus inserviunt. Nam is quoq; servi formam accepit, Philip 2. 7. neq; contentus omne officij genus docendo & sanando obiisse , sanguinem quoque suum pro nobis effudit. Finis denique, aut potius effectus hujus servitutis est , quod maximos in regno Christi facit, dum quamplurimos ei adducimus, ut in eamdem nobiscum dignitatem evehantur. Huc vergunt illa Christi: *Quicumque voluerit inter vos magnus fieri, esto vester minister: & quicumque voluerit inter vos primus esse, sit vester servus.* Matth. 20. 26. 27. Etenim ut in familia bene constituta ejus ser-

I N M A T T H . X V I I I

Vi præcipua est dignitas , qui præ aliis labores & curas dominus sustinet: Ita in Ecclesia aliis præstant , qui quamplurimi serviunt, ut eos ad Christi cognitionem adducant. Atque hic quæstus Ecclesiæ omnium pulcherrimus est & maximus , ut Christi peculium sive grex quotidie novarum ovium accessione augeatur. Joan. 10. vers. 16. Et hæc illa usura sanctissima est , quam pertalenta sibi à Dominoco credita omnes & singuli Ecclesiarum pastores exercere debent ; siquidem illi probari velint. Matth. 25. Videlicet fortissimus ille Christi martyr Laurentius, à quo cùm postularentur thesauri Ecclesiæ, promisit se demonstratum. Sequenti autem die pauperes produxit, & interrogatus, ubi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes, dicens: *Hi sunt thesauri Ecclesiæ: Et verè thesauri,* ait Ambrosius, in quibus Christus est, in quibus Christi fides est. Libr. 2. Offic. cap. 28. At quod hæc de pauperibus dicitur, non minus ad omnes credentes pertinet , qui & ipsi Christum, thesaurum vitæ, in vasis testaceis gestant, 2. Cor. 4. 7. & ejusdem sunt peculium , quod ille oculis sui pupillâ antiquius ducit , & quod sanguinis sui pretio redimere dignatus est. De hoc igitur lucro Verbi administratos cogitare decet , & verè in Christo divites erunt, ac hujus quoque opes , ceu fidi & prudentes œconomi, augebunt, quod illi officium erit longè gratissimum. Neminem fastidit aut negligit probus & fidus Ecclesiæ pastor: pauperum est adjutor, exulum hospes, oppressorum patronus , miserorum & tristium consolator, ruidum præceptor , eorum qui vel pudore confusi vel metu correpti, ipsi necessitates suas exponere non audent, os atque advocationis. *Quisquis divitiis à Deo cumulatus est, ut largæ illi supersint facultates;* pauperes excipiat , menos divini præcepti: *Si fuerit apud te egens quispiam è fratribus tuis intra aliquam è portis tuis, in terra tua quam Iehova Deus tuus dat tibi, ne obfirmato animum tuum, neque occludito manum tuam.*

CONCIO PRIMA

tuam adversus fratrem tuum qui egens sit: sed liberaliter aperito manum tuam ei: & liberaliter mutuato ei quantum satis est indigentie ejus, id cuius indiget. Deuter. 15. 7. 8. Secus tibi eveniet quod diviti Epuloni, qui Lazarum mendicum neq; aspectu neque micis è mensa sua cadentibus dignatus, apud inferos tormenta acerrima perfert, ac neguttulam quidem aquę impetrare potest, quà linguam aridam flammisque infernali bus tostam refrigeret. *Luc. 16. v. 24. Quisquis puerulos & Dei filios consilij opisve indigos non exceperit frater Caini est, qui à Deo interrogatus, ubi esset frater suus Abel, cuius sanguine crudeliter effuso manus ejus adhuc madebant, præfracte & protervè respondit: Non novi, an custos ego sum fratri mei?* Gen. 4. 9. Os durum, mendax & impudens. Utique sciebat parricida, qud fratrem interemisset, & cadaver in campo vel humasset vel inhumatum abjecisset. Neq; fratri constitutus erat occisor. Communis sanguinis necessitudo vite fraternæ curam ipfi injungebat. Erat major natu: quare salutem fratri negligere haud debuit, quamvis expressum custodiæ mandatum non a cederet. Natura ipsa jubet mutuò esse cultodes ac defensores salutis nostræ & alienæ: maximè autem fratres. Tales fratres sunt omnes illi, qui sic fratres suos agnoscunt, ut tamen nulla illorum cura afficiantur: sed illud Cainicum, *Quid ad me? perpetuò in corde & ore habent.* In horum censu fuerunt Antistites Iudæorum, qui Iudeæ proditori, peccatorum conscientiâ prostrato, & solatium ab ipsis contra desperationem petenti, ac triste illud & flebile ingeminanti, Pec- cavi, qud prodidi sanguinem innoxium; responderunt: *Quid ad nos? tu videris.* Matth. 27. 4. Næ summâ se crudelitate, inhumanitate & immisericordiâ in Iudam obstrinxerunt, quem jau laborantem & cum horribili desperatione conditatem, ne verbulo quidem exhortationis aut consolationis sublevant: quin potius eum acris pungunt, & velut

IN MATTH. XVIII.

& veluti mucrone, jam moribundum transverberant, ac in barathrum ruentem manu suâ impellunt: tametsi Iudas summè illis Christi proditione gratificatus erat. Erant pastores populi, sacerdotes Domini, ad expiandum peccata populi, & sanandum animas saucias vocati; sed suæ oblitii vocationis, confessionem peccatoris rejiciunt, etiam cui peccandi occasionem dederant. Debuissent ex officio poenitentem consolari, eique per sacrificia sua remissionem peccatorum polliceri: sed nulla eos Iudæ cura tangit. Nimirum ex numero pastorum illorum erant, in quos Deus apud Prophetam invehitur: *Adipem comeditis, & lanam induitis, quod opimum est maceratis: gregem non pascitis: morbo affectas non confirmatis, agrotamque non curatis, & confratram non obligatis, ac repulsum non reducatis, pereunteque non requiritis.* Ezech. 34. 3. 4.

II. CUI?

A Licui puerulo tali. Statuerat Christus puerulum adoccum in medio Apostolorum. Matth. 18. 2. Talem puerulum vult excipi. Intelligit autem, i. puerulos, qui aliquatenus fide in Christum imbuti sunt. Quales illi de quibus Matthæus: *Quum vidissent primarij Sacerdotes & Scriba miranda illa que Iesus fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna filio David, indignati sunt.* Et dixerunt ei, *Audis quid isti dicant?* Iesus autem dixit eis, *Etimam, nunquam legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecti laudem?* cap. 21. 15. 16. Næ isthæc acclamatio egregiam referebat de Christo & in Christum fidem. Cum his & illos annumeramus, de quibus Joannes: *Scribo vobis, pueruli, quoniam noster Patrem.* i. Epist. 2. 14. Sic puella duodecim annorum, quam Christus à mortuis excitavit, *wardo vocatus,* Marc. 5. 41. 42. eodem vocabulo quo hæc, & suæ pœ

C O N C I O P R I M A

præ versibus 2. & 3. Christus uetus est. Quare ne quis exemplū pueruli contemneret, puerulas mirè commendat Servator. Quemadmodum alibi quoque *puerulum*, velut charissimum pignus, *in ulnas recepit*. Marc. 9. v. 36. Quomodo & ipse Simeon Christum à parentibus in Templum adductum, *in ulnas recepisse* narratur. Luc. 2. 28. 2. Non tantum de pusillis ætate Christus loquitur; sed etiam de iis qui ætate grandes, moribus autem, simplicitate, modestiâ & integritate pusilli sunt: qui depositâ animi elatione, ad modestiam se & submissionem animi compofuerunt. De quibus paulo ante dixerat: *Amen dico vobis, nisi vos converteritis, & fietis ut pueruli, nequaquam ingrediemini in regnum cælorum.* Quisquis igitur summisserit sese fuit est puerulus iste, is est maximus ille in regno cælorum. Matth. 18. 3. 4. Ejusmodi puerulus, non ætate, sed humili modestoque de se sensu fuit David, cætera rex potentissimus, ac in altissimo amplissimoque dignitatis gradu locatus. Loquatur ipse: *O Iehova, non superbit cor meum, nec efferuntur oculi mei: nec ambulo in rebus magnis, & mirabilioribus quam ut ego eas assequar. Nisi composui & sedavi animam meam, sicut ablatatus apud matrem suam facit; nisi sicut ablatatus apud me fait anima mea: puniat me Deus.* P̄al. 131. 1. 2. 3. Hosce puerulos Christus vult à discipulis excipi. Mutua inter filios hujus seculi amicitia stare atque foveri non potest, nisi dum alterius cupiditati quisque indulget. Neque inter Dei filios sancta concordia stabili potest, nisi quisque proximo se subjiciat, illique serviat: firmi fide in firmis; senes seu adulti pietate, pueris; docti, indoctis; honorati, in honoratis; divites pauperibus; maximi minimis; consilij divites, in opibus consilij. Atque hoc ipsa naturalis postulat æquitas. Unius corporis mystici sumus membra. At in corpore humano valentiora membra succurrunt infirmioribus, eaque tutantur. Et sic Apostolus: *Vnusquisque nostrum proximo placeat in bonum, id est,*

IN M A T T H. X V I I I.

ad ejus ædificationem. Rom. 15. v. 12. Pusillus est proximus, puerulus est: at jus naturæ unumquemque obligat ad sublevandum proximum, sicut se ipsum. Clarissimè Christus. *Quocunque volueritis ut faciant vobis homines: ita vos facite his.* Matth. 7. v. 12. Tu si puerulus es, ab aliis velles excipi. Quid? quod ideo majora nobis & plura talenta Deus dedidit, ut proximo indulgeamus, h. e. ejus saluti & emendationi juvandæ nos accommodemus.

Ulus ad *taidslay.*

EX Christi monito, puerulos excipiamus. Ne ullum, vel minimum, spernamus in quo aliquid est Christi. Magnificamus puerulos, ac nobiscum multum & frequenter cogitemus, & nos, pueruli quum essemus; olim ab aliis exceptos atque sublevatos fuimus: & puerulos, ubi excreverint, nobis fato functis, in locum nostrum successuros in Ecclesia, Republica, & oeconomia. Quam solitè hortulanus & vinator juniores plantas, surculos, & arbustulas colit, amputat, stercorat, ut veteribus arboribus & vitibus arescentibus substituantur? Excipendi quoque à nobis sunt pueruli & juniores, ac instituendi, admonendi, fovendi, & præparandi ad Dei ministerium, Reipublicæ conservationem, & familiæ bonum. Hac in parte strenuam navarunt operam avia & mater Timothei, quæ sic eum ab infantia educarunt, ut cum lacte pietatem quasi imbibatur. Dulcissimè Paulus ad Timotheum scribit: *Memorā repeto eam quæ in te est minimè simulatam fidem, quæ habitavit prius in avia tua Loide, & matre tua Eunica: persuasus sum autem quod in te quoque.* 2- Tim. 1. 5. Rursum: *Tu maneto in ijs quæ tibi concredata sunt, sciens à quo didiceris: teque à puero sacras literas novisse, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem per fidem quæ est in eis Christo Iesu.*

Ibid.

Ibid. cap. 3. vers. 14. 15. Sic Hanna puerulum suum Samuelem, in perpetuum Deo addicatum, & piè ipsa educavit, & adultiorem pleniùs instituendum Heli sacerdoti commisit.

1. Sam. 1. Religiosam hanc Hannæ solicitudinem mirificè commendat Chrysostomus : *Quemadmodum industrii agricultoræ primum semen in terram deponunt : deinde ubi conspexerint, è semine factam arborem, non relinquunt in eadem terra, sed inde revulsa plantulam, in aliud transferunt solum, ut terra recentis gremio suo exceptam illius radicem puram, & integrum vim suam ad novam educationem proferat : Ita & Hanna filium præter spem prosemnatum in templum translulit è domo, ubi sunt perpetuae fontium scatæbra, & irrigationes spirituales. Homil. de Hanna & Samuelis educatione. De hoc suo studio sancto & assiduo erga salutem filii sui Tobiae, Tobias senior: Quum jam vir evasisset, Annam ex stirpe generis mei uxorem duxi, ex eaque Tobiam filium sustuli: quem ab infantia timere Deum doceui, & abstinere ab omni peccato. Tob. 1. 9. 10. Hoc demum est ritè excipere puerulos. Nimirum ventrem proles non sequitur, sed multò magis educationem & institutionem à cunabulis. Haud ignarum id ipsi Platoni : *Bene natos, inquit, si bene etiam eduentur, ita demum ad virtutem pervenire necesse est.* Alcibiade I.*

Porrò qui pueruli sunt sensu, h. c. humiles, sinceri, probi, modesti, instar puerorum ingenuorum, excipiendi sunt, non fastidiendi. Hoc enim ingenio sunt pij, ut timentes Iohovæ honorent. Psal. 15. 4. Mundus excipit homines superbos, magniloquos, adulatores, divites, autoritate pollentes; contrà pios abjectos & humiles despicit. Exemplo sint Pharisei, qui ministris suis honestum Christo testimonium perhibentibus fastidiose dicunt: *Num & vos seducti estis? Num quis ex primoribus credidit in eum, aut ex Phariseis?* Sed turba hæc que non novit Legem, execrabilis est. Ioan. 7. v. 47. 48. 49. Contrà in oculis filiorum Dei contemnitus est reprobus. Psal.

Psal. 15. 4. David Saulem, regem impium & desperatum atque à Deo relictum, aversatus est ac fugit: filium vero e-
jus Joathanem, hominem pium & sincerum, intimo amo-
re prosecutus est, & in summis deliciis habuit. Mortuum
flexaniris hifce & patheticis verbis prosecutus est: *Angu-
stia est mihi propter te, frater mi, Ionathan, iucunda fuisti mihi
valde: admirabilior fuit amor tuus mihi amore fæminarum.* 2.
Sam. 1. 26: Mardonchæus Hamanem impissimum & arro-
gantissimum adorare noluit, nec fletere se aut incurvare ipse:
sed tanquam hominem omni honore indignissimum con-
temnit. Esther. 3. 1. Constantinus Imperator in tanta ve-
neratione & affectu habuit Paphnutium, pium & constantem
veritatis confessorem, ut saepius eum intra palatium evocatum
complectetur, & illum oculum qui in confessione fidei fuerat evul-
sus, avidioribus oculis demulceret. Ruffin. histori. Ecclesiast.
lib. 1. cap. 4. Verissime dixit Salomon: *Vt nix astati, &
ut pluvia messi; ita non convenit stulto honor.* Prov. 26. v. 1.
Ejusdem seminis & illud est: *Vt qui applicat lapidem balistæ:
Ita qui præbet stolido bonorem facit.* Ibid. vers. 8. Qui stulto
aut superbo honorem habet indebitum, gladium porrigit
furioso, & arma ei quodammodo ad nocendum submini-
strat, eumque in malo confirmat: perinde atque si quis lapi-
dem aut missile quodvis gravissimum imponeret tormento
illius qui temerè ejaculaturus esset. Nemo, nisi forte de-
mens, aulæ pretiosa in coquina appendit, ac aulæ & triclinij
parietes nudos atque inornatos relinquit. Quis matu-
lam in loco eminenti & conspicuo collocat, ac gatturni-
um vel cyathum aureum in terram projicit? Quid si in pri-
vatis ædibus, & in rebus leviusculis hoc non sit ferendum,
quanto minus in Ecclesia, quæ est domus Dei viventis?
Mundi sunt filij, qui moti divitiis, vel potentia, vel externo-
splendore impiorum, eorum vitia turpi adulazione tegunt:
aut excusat, quique in summo honore mancipia hæc Sa-

tanæ habent, atque nihil non in ipsorum gratiam, lucri causa, faciunt. Veri Ecclesiæ cives, ac Dei germani filii non afferantur impijs, sed eos contemnunt: *in sanctis verò qui in terra sunt & magnificis, est tota oblectatio eorum.* Plal. 16. verl. 3. Addo præclarum epiphonema Boëthij: *Collata improbis dignitas, non modo non efficit dignos, sed prodit potius & ostentat indigos.* Libr. 2. de Consolat. Philosoph. prol. 6.

In primis vero, pusilli & infirmi fide excipiendi sunt & assumendi. In memoria perpetuò versari debet salutare illud Pauli monitum: *Eum qua fide est infirmus, assumite.* Rom. 14. v. 1. Natura ipsa & æquitas postulat, ut infirmiores in fide vel vita benignè suscipiamus, diligenter instituamus, solicite curemus, & prudenter corrigamus. Ita in familia sit: majores dirigunt, moment, erudiunt minores: sanitaterant, bajulant, curant ægrotos: Sic in domo Dei fieri convenit. Apertius hoc præceptum idem Apostolus inculcat Rom. 15. 1. *Debemus nos, qui firmi sumus, infirmitates imbecillorum portare, ac non indulgere nobis ipsis, sc. alijs spretis.* Ο Φειλορευ, debemus hoc facere, inquit Apostolus: ergo non tantum est consilium, sed præceptum. Obligamur, tamen jure naturæ, quod infirmos sublevandos esse dictitat: qui negligunt, ipsam naturam exuisse videntur: tamen jure divino, quod ita sancit: *Si vis deris asinum osoris tui succumbentem oneri suo dum abstines à deponendo onere illius; omnino deponito cum eo omnis.* Exod. 23. v. 5. quidni fratri infirmo succurreremus? Adhæc Lex Dei jubet *proximum diligere ut nos ipsos.* Matth. 22. 39. quis vero non cupiat suas infirmitates sublevari? tamen denique ex fine roboris nobis à Deo collati. Ideo enim ex infirmis nos Deus firmos fecit, ut ad aliorum infirmitates sublevandas & corrigendas nostrâ operâ utetur. Huc animum advertite: nisi ad fratrum imbecillorum infirmitates sustentandas placide condescendamus, gravissimè in naturam, in legem, in Deum peccamus, sumus

mique

meeq; ingratissimus. Felix & laude dignissimus est, qui verè de se pronunciare potest cù Paulo: *Factus sum infirmis ut infirmus, ut infirmos lucifacerem.* i. Cor. 9. 19--22. Huc quoq; pertinet isthac Pauli monitum: *Aly aliorum onera portate, uti columnæ onera & molem sustentant: & ita complete Legem Christi.* Gal. 6. 2. Omnes sumus viatores, iti eamdem patriam contendentes. Videntes igitur imparèm oneri comitem deficeret, aut hon. æquis incedere possibit; quælo paulum sublevimus. Sic faciendum in doctrina. Ad captum fratris ruddoris nos accommodemus: *Si solidum adulorum cibum nondum possit digerer, eo quod in sermone justitiae laudabiles progressus non fecerit, las elementorum initii eloquorum Dei ei propinemas.* Hebrei 5. 12. 13. 14. Ut enim infantes lacte materno nutruntur: Ita ruddoribus Christianis, ex Dœo recentis natis, doctrinæ Christiæ rudimenta proponenda sunt, ut ad altiora præparentur. Ita de se Paulus: *Ego, fratres, non potui loqui vobis Corinthiis ut spiritualibus, sed loquitus sum ut carnalibus, id est, us infantibus in Christo.* *Ladis potu vos alijs & non esca;* nondum enim poteratis id ferre: *imo no nunc quidem adhuc potestis.* Nam adhuc carnales estis. i. Cor. 3. 1. 2. 3. Atque in hac ad captum ruddorum & infirmorum accommodatione Paulus imitatus est Christum, qui arundinem quaßatam non confringit, & lnum fumigans non extinguit. Matth. 12. 20. Cujus matuscudinis illustre documentum dedit in Nicodemo, quem rudem divinorum mysteriorum ab ipsis fundamentis regenerationis & elementis religionis instituit. Joani 3. 1. & seqq. In vita idipsum observandum. Nemo tamen sanctus, quin suo aliquo laboret nævo. Alij iraenundi: alijs nimis ad rem attenti: alijs timidi in officio: alijs inconsiderati in sermone: alijs suspicaces: aliorum mentes invidiæ stimulo punguntur. Summè: In multis impingimus omnes. Jacob. 3. 2. Hic necesse est alijs aliorum infirmitates portemus, alijs alios feramus: nec condemne-

mus;

mus fratrem propter ejusmodi nævos. *Neminem damnabat,*
ajebat ille, *in quo aliquid Christi.*

III. QUID?

ID Servator innuit verbo *excipere*, quod omnes notant actiones, quæ ad salutem ejusmodi puerorum promovendam spectant. Possunt autem illæ ad hæc tria summa genera revocari. 1. *Sancta sunt monita*, seu institutio in doctrina veritatis & pietatis. Et sanè nihil æquius & saluariorius, quam discipulos Christi ejus agnitione adultiores, excipere puerulos & in cognitione cœlestis veritatis rudiiores, eosque, præfertim dociles & discendi cupidos, plenius erudire. Ita parentes jubentur excipere suos puerulos. Pauli est illud: *Vos patres enutrite liberos vestros in disciplina, & admonitione Domini.* Eph. 6. 4. Ecclesiæ pastorum est, excipere auditores suos. Petrus clamat: *Pascite Dei gregem qui penes vos est, illius inspectioni vacantes, non coacte, sed libenter.* 1. Epist. 5. v. 2. Succlamat Paulus: *Attendite animum ad vos ipsos & totum gregem, in quo vos Spiritus ille sanctus constituit episcopos, ad pascendam Ecclesiam Dei, quam suo illo proprio sanguine acquisivit.* Act. 20. 28. Singuli etiam singulos excipere debent. Disertè Paulus: *Sermo Christi inhabitet in vobis copiose cum omni sapientia, docendo & admonendo vos mutuò.* Col. 3. 16. Facem hujusmodi exceptionis puerorum nobis præfert David, Rex & Propheta è scho- la cœlesti politus, & discipulus Dei, mysteriorum divisorum cognitione verè adultus. Næ ille puerulos suavissimè ad se invitat: *Agite filij, auscultate mihi: timorem Iehovæ docebo vos.* Quis est vir ille qui delectatur vita? qui amat dies, ut fruatur bono? *Custodi linguam tuam à malo: & labia tua, ne loquantur fraudem.* Recede à malo, & fac bonum: require pacem, & persequere eam. Psal. 34. 12.—15. 2. Puerulos excipi-

excipimus, quando sanctæ vitæ exemplo eis prælucemus. Hoc enim instar pedamenti est, quo juniores plantulæ & infirmiores palmites statuminantur. Serid hoc ipsum Timotheo inculcat Paulus: *Esto exemplar fidelium in sermone, in conversatione, in charitate, in spiritu, in fide, in castitate.* 1. Tim. 4. 12. 3. His jungenda opera charitatis. Nam δέχεθαι ζέργι, est hospites excipere. Confer Matth. 10. 14. 40. 41. Sic puerulos excipiunt, qui afflictos juvant, ægrotos curant, oneratos sublevant, fatigatos refocillant, exiles hospitio recipiunt, tentatos solantur, sipientibus potundant; elurientes cibant, nudos vestiunt, captivos invisunt; & (ut multa paucis complectar) qui à carne sua se non abscondunt. Esai. 58. 7.

Uſus ad παιδεῖα.

AGite, ex Christi monito, puerulos quosvis eo, quo dictum est, modo alacriter & fideliter excipiamus. Circumsonent aures animique nostri hortatu Paulino: *Assumite alij alios, sicut & Christus assumit nos in gloriam Dei.* Rom. 15. 7. Inprimis vero parentes officii sui esse ducant, ut puerulos suos excipiant. Nixum experientiae sustentaculo est pronunciatum illud Paulinum: *Nullus unquam suam ipsius carnem odio habuit: imò enutrit ac fovet eam.* Ephes. 5. 29. Atqui liberi prognati sunt è visceribus parentum. Esai. 48. 19. Sunt *fructus ventris*, è lemme parentum ortus, & in ventre matris ad tempus gestatus. Psal. 127. 3. Ergo enutriendi, excipiendi, instituendi & alendi sunt à parentibus. Id autem fit: 1. Si ad pietatem eos hortentur parentes, atque ita Iehovæ eos sificant. 1. Sam. i. 28. Atq; huc vergit divinū isthoc præceptum: *Erunt verba ista quæ ego tibi præcipio hodie, in corde tuo: eaque exacues, seu acutè ingeres filiis tuis, ac loqueris de eis quum sedes domi tue, & quum ambulas per viam, quum cubas, & quum surgis; etiam alligabis ea in signum manuē tue;*

tue, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos: denique inscribas ea postibus aemus tuæ, & portistuis. Deut. 6. 6—9. Nempe sicut bellatores arma sua acuunt, ut facilius in hostes pereant: Sic jubet proponere parentes liberis suis doctrinam veritatis & pietatis quam accommodatissime, nec unquam ejus inculcationem intermittere: id quod periphrasi à situ hominis, qui à natura quadruplex est, illustrat: pro eo quod est, in omni quiete, motu, loco, tempore, modo, &c. Ad istam exceptionem & institutionem multum profuerit, si liberos ad scholam mature miserint parentes, fidisq; & piis præceptoribus in timore Domini erudiendos commiserint. Quemadmodum enim nulla ferè arbor est, quæ non sterilescat & tortuosa fiat, si desit cultura: Ita nullum tam felix ingenium, quod non degeneret citra rectam educationem. Sic filium suum Salomonem exceptit David, quando Nathanis Prophetæ disciplinæ eum tradidit. 2. Sam. 12: 25. Et sanè quemadmodum lac nutricum, quanto purius incorruptiusque fuerit, tanto infantum, qui eo aluntur, valetudinem magis corroborat: Ita quo magis præceptores in literatura, pietate, omnigenaque rerum divinarum & humanarum cognitione excellunt, eo discentium animis rerum divinarum scientiam aliarumque disciplinarum ideas fortius imprimunt. Acut eos, licet non scindat, cultos ratiem, qui secant, acuit: Sic etiamsi præceptores non doceant ipsi in Ecclesia, nec regnent in curia; homines tamen, qui id ipsum tandem præstant, præparant. Eapropter Socrates interrogatus, cur ipse Republicam non administraret, cum esset sciens? respondit, *eum utiliorem civitati esse, qui multis idoneos efficeret Reipublicæ moderandæ, quam qui ipse rectè gubernaret.* Laert. libr. 2. Verum enim verò, jure, proh dolor & pudor! exclamare possumus cum Diogene Sinopensi, qui in Megarenium incuriam & inertiam multis invectus, tandem ait: *Megarenis se porcum esse malle,* quam

quam filium. Nam Megarenses majorem porcorum suorum, quam liberorum curam habebant. 2. Parentes liberos suos excipiunt, quando bono illis exemplo pietatis, justitiae & temperantiae præeunt. Quod Marcus Aurelius, optimus atque sapientissimus Imperator, de præceptoribus dixit, potius ad parentes est referendum: *Ad certam liborum institutionem, plus unius mensis virtutis exemplo, quam totius anni præcepta conferre.* Parentes optimè docendo, & pessimè vivendo, unâ manu exstruunt, alterâ destruunt. Prava parentum exempla funes sunt, quibus liberos ad sui imitationem pertrahunt; juxta proverbium: *Qualis mater, talis filia ejus.* Ezech. 16. 44. Esto ergo vita parentum instar mundi & nitidi speculi, cuius luce liberi à turpiloquio & omnibus flagitiis avertantur. Viæ duces imitantur probi parentes, qui præcipitia in montibus, vada in flaviis digito monstrant, peregrinis præeuntes: ut liberi parentum vestigiis calcatis, ad eorum virtutes conformatur, atque per eos, ne non cum eis ad beatam vitam perveniant. Prudenter Plutarchus, eruditio compendium, & prudentiae thesaurus: *Ante omnia, inquit, debent parentes nihil peccando, omniaque pro officiis rationibus agendo, evidens se liberis exemplum præbere: ut in istorum ijs vitam tanquam in speculum intuentes, à turpibus dictis factisque avertantur.* Entenim qui peccata filiorum incrépantes, ipsi in eadem prolabuntur vitia, ijs se non sentiunt sub illorum nomine semetipsos accusare. De educat pueror. 3. Denique paternè liberos suos excipiunt, qui omnis generis paternæ dilectionis officia eis exhibent, de rebus ad hanc vitam necessariis prospiciunt, ægrotos curant. &c. Graviter Apostolus: *Quod si quis suis & maximè domesticis non providet, fidem abnegavit, & est infidelis deterior.* 1. Tim. 5. 8. Nulla in Deum est pietas, ubi quisliberorum oblitus, humanitatis sensum extit. An fides, quæ filios Dei nos facit, deteriores redderet brutis pecudi-

pecudibus? Atque utut fidelem se jactet, qui in suos inhū manus est, fidelis tamen non est, quin pōtius Ethnico & infideli dēterior. Non enim hoc officij exhibet suis, quibus naturali vinculo jungitur, quod Ethnici ex lege naturae suis præstant. Ubi enim simplex, constans & vivida fides fuerit, non solum divina & quæ proximi sunt quærit, sed per mundum universum atque ipsum infernum etiam penetrat. Quas, inquam, ob causas infideli dēterior est, qui liberorum & domesticorum suorum obliviscitur. Nam quo plus quisque in cognitione Dei protecit, eo minus habet excusationis. Adeoque infidelibus sunt pejores, qui in clara Dei luce cæcutiunt. Deinde hoc genus officij est quod natura ipsa dicit. sunt enim *σογγαὶ Φυρωνεῖς*. Quid si natura duce infideles ultro propensi sunt ad suos amandos; quid de iis sentiendum, qui nullo tali affectu tanguntur? Nonne impios ipsos feritate superant? Huic fundamento & illud Pauli inititur: *Non debent filii parentibus, sed parentes filii thesauros recondere.* 2. Cor. 12. 14. Hic rursus ex communi naturæ lege ostendit, quid ex paterno amore liberis suis parentes debeant. Alioqui novum non est, parentes senio confessos & egestate pressos a liberis ali. Unde Paulus liberos hortatur, *ut vicem parentibus reddant.* x. Tim. 5. 4. Exemplum paternæ sollicitudinis pro filiorum totiusque familie conservatione nobis proponitur in Patriarcha Iacobo, qui annonæ caritate preslus, filiis suis edidit: *Ecce, audivi esse annonam in Egypto: descendite illuc, & comparantes apportate nobis inde, ut vivamus ac non moriamur.* Gen. 42. 2.

Verum isthæc exhortatio non solos attingit parentes: sed omnes nōrint ac persuasum habeant, optimam evitandi scandalæ rationem esse, si proximum dictis factisque ad pietatem erudiamus, ac in ea confirmemus. Quisquis plura cognitionis Dei talenta accepit, excipere proximum debet,

bet, & Christo lucrifacere. *Faces sunt in mundo filij Dei:* Philip. 2. 15. ergo lucem cognitionis Dei & fidei in alijs accendere satagent. Quos divitiis Deus cumulavit, & robo-reinstruxit, pauperes sublevare debent, & infirmos assūmere. Ferire semper aures singulorum debent hortatus illi cœlestes: *Partire esurienti panem tuum: & pauperes expulso introduc domum: quum videris nudum, tege eum, & à carne tua non abscondas te.* Elai. 58. 7. *Beneficentia & communicationis ne obliviscimini: talibus enim victimis delectatur Deus.* Hebr. 13. 16. Imprimis verò laudabili bono que pietatis ac omnigenarum virtutum exemplo alijs præire tenentur pij. Pastores ita vitam instituant, ac negotia sibi mandata gerant atque administrent, ut auditoribus suis liberè bona que conscientia dicere queant: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* 1. Cor. 11. 1. Tunc verbum prædicatum radices agit in corde auditorum, quando illud pietas prædicantis rigat. Tunc hortationibus parent auditores, quando exemplo ostendunt ac confirmant pastores, necessarias esse & possibiles res & virtutes commendatas. Sit magistratum vita instar regulæ, ad quam conformatur subditi. Omnes sibi dictum existiment à Christo: *Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, glorificantque Patrem illum vestrum qui est in cœlis.* Matth. 5. verl. 16. Arboribus similes sunt filij Dei. Jerem. 17. 8. Arbores non tantum fructus proferunt, sed etiam semina, unde novæ arbores surgunt: Et pij non solum fructus fidei edunt, sed sancto quoque exemplo, ceu semine quodam, alios generant. Ut pauperes egestatem suam apertiū tunc dignoscunt & sentiunt, quum divitum thesauros atque splendorē oculis suis contemplantur: Ita peccatores defectus suos ac spirituali inopiam clariūs pervident, quando sanctorum virtutes considerant.

IV. Q U A R E?

CAUSAM, ob quam pueruli excipiendi sunt, Christus indicat hisce verbis: *In nomine meo*. Hæc autem phrasis, *in nomine Christi aliquem excipere*, tria notat. 1. *Loco Christi* hoc officium illis præstare, tanquam si Christus ipse præsens adesset. Hoc elogio Paulus macctat Galatas: *Me ut Angelum Dei, ut Christum Iesum, exceptisti*. Gal. 4. 14. Quam enim Christus & membra ejus unum constituant corpus; quicquid piis præstatur, Christo ipsi fit: de quod intra latius. 2. Ex mandato Christi. Sic Petrus claudet sanatus, ad Christi mandatum & virtutem provocat: *In nomine Iesu Christi Nazarei surge & ambula*. Act. 3. 6. Sic jubemur baptizari in nomen Patris, Filij, & Spiritus sancti, sc. ut ita, ex Dei mandato, consecrēnur in filios & federatos veri Dei, Patris, Filij ac Spiritus sancti, ac consequenter ad cultum ejus atque obedientiam obligemur. Matth. 28. v. 19. Qui puerulos excipit, Christi mandatum exequitur. Et sanc, quicumque Christum diligunt, sermonem ejus observant. Joan. 14. v. 23. 3. Denique puerulos *in nomine Christi* excipite, significat ideo eos excipere, quod in Christum credant, & ejus sint discipuli. Hanc phrasem istius interpretationem Christo magistro didicimus. Ait is: *Quisquis potum dederit vobis poculum aquæ in nomine meo, id est quod sitis Christi, amen dico vobis, nequaquam perdiderei mercudem suam*. Marc. 9. vers. 41.

Uſus ad παιδεῖαν.

HIS nos quoque moti rationibus, puerulos excipiamus. Christiloco stant & comparent. Ecquis vero Christum libenter, prompte & reverenter non exciperet? Ipsi damnati,

IN MATH. XVIII.

minati, atrox inhumanitatis crimen à se amoturi, Christo in novissimo die dicent: *Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitiētēm, aut hospitem, aut nudum, aut agrotum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?* Matth. 25. vers. 44. Tantundem est atque si dicant: *Si talem te vidisemus, pótius genium nostrum defraudassemus, & oculi pullam offendere voluissemus, quam nostro officio defuissemus, atque tam turpi & execrabilis inhumanitate nos obstrinxissemus.* Notum est Christi mandatum: *Præceptum novum do vobis, ut alij alios diligatis: sicut, inquam, dilexi vos, ut vos etiam diligatis alij alios.* Ex hoc omnes cognoscēt vos esse discipulos meos, si charitatem habueritis alij in alios. Ioan. 13. vers. 34. 35. Hujus mandati memores Christi affectæ, proximum verè diligunt, dum opem consiliumque petentem excipiunt, ignorantem erudiunt, tristem solantur, lapsum erigunt, nutantem sustentant, inopem sublevant, ac desertum ab omnibus tūtentur. Quod si quis heri vel parentum suorum nomine nobis aliiquid nunciet, id sedulò & accuratè exequimur: quidni nos ea quæ *in nomine Christi*, seu ex mandato ejus, nobis indicantur atque imperantur? Sin minus, exprobratus est nobis illud: *Filius honorat patrem, & servus dominum suum*. quod si pater sum, ubi est honor meus? & si dominus sum, ubi reverentia mei? ait Iehova exercituum, & contemtores nominis mei. Mal. 1. 6. Sed & digni sunt pueruli & pusilli, quos excipiamus, quum Christi sint discipuli & membra. Siquem virum diligo, ejus etiam liberos, propinquos & amicos diligo. David federis sui & amicitiæ cum Ionathanæ cultæ memor, domesticum fidei, pietatis & charitatis exemplum, in Menhiboschethum filium ejus, quamvis pedibus affectum, edidit. Dixit enim ei; *Ne timeto, nam omnino exerciturus sum erga te benignitatem, propter Ionathanem patrem tuum: restituvi tibi totum agrum Schaulis patris tui: tu vero sumiturus es cibum in mensa mea*.

mea semper. 2. Sam. 9, vers. 11. At gratia coelestis vinculo
arctiori homines cum Deo & inter se copulavit. Multus
in spirituali isthac unione & necessitudine explicanda &
commendanda est Ioannes Apostolus, illæ Christi deliciae.
*Dilecti, inquit, si Deus nos ita dilexit, debemus & nos alij alios
diligere.* *Deum nemo conspexit unquam, si diligamus alij alios,*
Deus in nobis habitat, & charitas ejus adimpta est in nobis.
Et paulo post: *Si quis dixerit, Diligo Deum, & fratrem suum
oderit, mendax est.* Qui enim non diligit fratrem suum
quem vidit, Deum quem non vidit, quomodo potest diligere?
1. Joan. 4. 11. 12. 20. Rursus: *Quisquis diligit eum qui genuit,*
diligit etiam eum qui ex eo genitus est. Ibid. cap. 5. 1. Nemo
igitur auctoritate se graviorem, aut auctiorem & excellen-
tiorem honore aestimet, quam ut puerulum excipere de-
beat vel velit. Si enim Christi sit; puerulus frater ipsius
est, & eiusdem corporis mystici membrum. nam omnes
credentes, sive magni sive parvi, unum corpus, sub uno Ca-
pite Christo, constituant. Imò quum homo sit; puerulus
frater ejus est. *Fecit enim Deus ex uno sanguine totam gentem
hominum.* Act. 17. 26.

V. Q U O E F F E C T U P

UT ilissimus sanè, honorificentissimus atque jucundissi-
mus est effectus, qui manet eos qui puerulos in no-
mine Christi excipiunt. Subjicit enim Servator: *Me ex-
cipit.* Amplissima & largissima remuneratio. Christus
puerorum exceptionem eo loco habet, atque si ipse met
exceptus esset. Plerique ambitiosi existimant, si ad
receptionem se denicherint, multum de honore & autho-
ritate suâ deceperunt, & perpetuò vulgata illa proverbia in
ore habent: *Eum qui ovem se faciat, luporum se laniens
exponere.* Item, *Eum qui filii quis se immisceat, à porcis vor-
ri.* Lou-

vi. Longè secus Christus: Seipsum in membris suis excipi
testatur. Nec mirum. Nam tam arctè suis unitus est Chri-
stus, nunquam ut ab illis separari queat, quum sint membra
corporis ipsius. At *Christum excipere*, pretiosissimus sum-
musque thesaurus est, qui obtingere homini in his terris
potest. Atque huic pars est, pusillum & puerulum talem
excipere. Sensus ergo verborum Domini huc redit:
*Vos haud dubiè honorificentissimum vobis ducitis, si me
recipiatis, Magistrum & Dominum vestrum: quin scio,*
ita vos in me affectos esse, ut quibuscumque fieri possit of-
ficiis, me prosequi enixè studeatis. At vero qui tales
puerulum excipit, is me excipit, h. e. qui benefacit parvu-
lis, eosque ad omne bonum promovere atque provehere
studet, hujus piam beneficentiam ego aliter non interpre-
tabor, quam si in me ipsum collocata fuisset.

Usus ad παιδείαν.

Amplissimæ hujus promissionis, & uberrimi præmii nos
quoque memores, puerulos excipiamus. Quicquid
enim boni in ipsis impenderimus, Christus sibi impensum
reputat. Pii magni olim aestimârunt, si Dei servum ali-
quem, Prophetam, aut Apostolum ad suas sedes pellicere
possent. Conspicuum in hanc rem est exemplum Schu-
nammitidis, de qua textus sacer: *Fuit quodam die, quum
pertransiret Elischah Schunenum, ut ibi mulier quedam magna
genere & facultatibus prebenderet eum invitans ad sumendum
cibum: unde fuit quoties transibat, ut diverteret eodem ad sumen-
dum cibum. Dixit enim illa viro suo, ecce jam novi virum Dei
sanctum hunc esse; qui transit per nos jugiter.* Faciamus, queso,
cenaculum parvum muro, ubi ponamus illi lectum & mensam,
sellam quoque & lucernam: eritque quum venerit a domino ut diver-
tat eō. 2. Reg. 4. 8. 9. 10. Nec dubium est, quin quoties
cubiculum quo excipiebatur, mensam cui accumbebat,

aut lectum in quo cubabat Vir Dei, intuerentur, toties aut de Dei erga se benignitate cogitarent, aut ad precandum, aliudve præclarum opus, quod in servo Dei viderant, imitandum exsuscitati fuerint. Paulus insignem facem & stimulum esse statuit, quo quis ad *hospitatem* & reliqua misericordiaæ officia accendatur & incitetur, quod hoc modo effectum sit, ut *quidam*, putantes se mortales excipere, Angelos *hospitio* exceperint. Heb. 13.2. Id quod contigit Abraham, Gen. 18. & Loto, Gen. 19. Quod si hoc efficax sit ad commovandam miserationem erga peregrinos & pauperes, quod sic possint excipere Angelum; quanto magis hoc nos movere debet, quod Angelorum Dominus hospitio excipiat, idque sine ulla dubitatione. Si fidem mihi non habetis, Christum ipsum adite & audite dicentem discipulis suis: *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me.* Matth. 10. 40. A quo non abludit illud ejusdem: *Amen amen dico vobis, quando aliquem misero, quisquis eum recipit, me recipit: qui vero me recipit, recipit eum qui misit me.* Joan. 13. 20. Et conveniunt ista cum communī jure gentium, quo legati propter eos, à quibus mittuntur, in honore sunt & pretio. Quare quemadmodum qui regum hujus seculi legatos honorifice excipiunt, in his reges ipsorum honorant: ita si quis Christi legatos excipiat, Christus seipsum excipi censet. Et quam Christus non temere aut ex privatio arbitrio, sed ex decreto Patris legatos suos mittat; Pater quicquid his propter Filium fit, sibi ipsum factum existimat. Quanto vero ornamento est domui, si in eam Christus ipse diverterit? quam splendidum cubile & lectus, in quo Rex regum cubavit? Evidem pluris hoc æstimandum, quam si tapetis aut stragulis pretiosis decoraretur? Nec aliorsum vergit pronunciatum Salomonicum: *Mutua te Iehovæ, qui gratiæ largitur teni: & beneficium ipsius rependet ipsi.* Prov. 19. 17. Ecce tibi ipsum æternum Deum, præ-

dem.

dem se & sponsorem protenui offerentem. Utique certus & idoneus hic vas est atque fidejussor: quippe cuius unius est, quicquid uspiam thesaurorum invenitur. Dicit David: *Iehovæ, inquit, est terra & quod implet eam; orbis habitabilis, habitantes in eo.* Psal. 24. 1. Adhæc fidissimus est sponsor, qui fidem nunquam fecellit. Verè idem Vates Regius: *Servat fidem in seculum.* Psal. 146. 6. Imò quod nunquam promisit, nec daturum se recepit, sponte dat. Ac vel in ipsis hostes beneficis existit. *Facit enim ut Sol suis exoriatur super malos ac bonos, & pluit super justos & injūstos.* Matth. 5. 45. Nonne syngrapham ipsius habemus, sacram Scripturam? de qua Filius Dei ad Patrem suum: *Sermo ille tuus veritas est.* Joan. 17. 17. Nonne promissio- nis sigilla, Baptismum & sacram Coenam? Quid? quod Christus ipse, in novissimo die, sibi factum pronunciabit, quicquid in membris sua impensum. Sublimi velut cathedrâ consensâ, inspectante Patre coelesti, & universo Angelorum choro, in panegyri totius humanæ gentis, opera misericordiaæ sibi in membris suis præstata prædicabit, diturus: *Esurivi, & dedistis mihi quo vescereri: siti vi, & dedistis mihi potum: hospes eram, & collegistis me: nudus, & amicivisis me: ægrotavi, & invisis me: in carcere eram, & venistis ad me.* Amen dico vobis, quatenus id fecistis uni ex ipsis fratribus meis minimis, mihi fecistis. Matth. 25. vers. 35. 36. 40. Quam verò gloriosum hoc erit præconium, quam suave in auribus justorum! Præclarum ducimus, si in oratione exequiali bene meritus quispiam posthumâ laude affiliatur, audiente hominum coetu. Quanto præclarius, in extremo & censorio illo die, Dei filium rectè factorum, ac in primis operum misericordiaæ præconem habere? Tu, inquit, elvirentem & pauperem cibasti: Id mihi factum. *Ego tribuam tibi ut edas ex Manna illo occulto.* Apoc. 2. v. 17. *Saturaberis quam expurgiceris similitudine mea.* Psal. 17.

v. 15. Tu fidenti potum præbuisti: Ego in ipso refocillatus sum. *Ego de torrente deliciarum mearum bibendum tibi dabo.* Psal. 36. 9. Tu exulem hospitio excepisti: Ego ipse in illo apud te diverti. Recipiam te in cœlestia tabernacula. Tu nudo parasti vestem: Hanc ego indui. Ego te vestiam stolâ gloriæ. Tu ægrotos invisisti & consolatus es. Officium illud & beneficium mihi præstitum reputo; ego illud meis rationibus intuli. Beabo te æternâ corporis animique sanitatem, & consolabor æterno solatio. Tu in carcere conjectos veritatis confessores visitasti & refecisti. Isthac visitatione ego gavisus fui. Ego æternâ & perfectâ libertate filiorum Dei te donabo. David in agone constitutus, recordabatur benignitatis Barzillai Gilhaditæ, sibi in exilio olim præstatae. Salomini igitur filio in mandatis dabant, penfaret illam benignitatem filijs ipsius, haberetque eos quotidie mensa regia convivas. 1. Reg. 2. v. 7. Quid non facturus est noster David, Christus? Certè ad mensam suam cœlestem adhibitus est: omnes eos qui ipsum in puerulis hæc excepérunt. Hoc attendant mundani homines, qui omnes verbis gloriantur, se libentissimè Christum, si modò in his terris conversaretur, recepturos esse. Verum non considerant, Christum hæc in locum suum puerulos, pusilios & humiles substituere, ac profiteri, se Patremque suum cœlestem in illis excipi, refici, & soveri. Quod si his neglectis, superbos, arrogantes, atque ambitosos suscipiant; simul se Diabolum, omnis superbæ magistrum, recipere cogitent. Imò Christus injuriā illam sibi illatam esse, irnovissimo die, conqueretur, ac sententiā hanc damnatoriam in eos feret: *Exsecrati, abite à me in ignem æternū, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi quo vescerer: siti vi, & non dedistis mihi potum: habes eram, & non collegistis me: nudus, & non amicivisti me: ægratus, & in carcere eram, & non invisisti me.* Amen diego robis, quatuor

miss id non fecisti uni ex istis minimis, nec mihi fecisti. Matt. 25. 41. 42. 43. 45. Justissima & æquissima sententia. Immisericordes isti ostendunt nulla se præditos esse fidelis animi erga Christum sinceritate, quum membris ipsius afflictis non compatiantur: adeoque dignissimi sunt, qui olim à Christo rejiciantur. Stat enim illud Jacobi Apostoli: *Damnationis absque misericordia erit ei qui non præstiterit misericordiam.* cap. 2. 13. Immisericordia hominum durorum Dei excludit misericordiam. Plusquam miseri sunt, qui misericordiam proximis suis afflictis non præstant. Æquissimus judex est Deus. Ut præterierunt & contemserunt proximos afflitos: Ita & Deus eos præteribit atque contemnet. Sicut asperi & duri aduersus fratres fuerunt: Sic Deus severus & asper aduersus eos futurus est: Quemadmodum immisericordes fuerunt: Ita in judicio nullam assequentur misericordiam. Sicuti Christum in membris neglexerunt & sprevierunt: ita eidem neglectui erunt & fastidio. Accedit, quod omnem exuerint inhumanitatem. Nihil enim afficiuntur humanis miserijs, quibus & ipsi, quum homines sint, obnoxij sunt. Utique velsola naturæ communione ad commiserationem afflictorum commoveri debebant. Quod tenet illud Apostoli: *Memores estote vincitorum, tamquam una cum illis vinciti: eorum qui malis premuntur, ac si ipsi quoque corpore afflidi essentis.* Hebr. 13. 3. Quid verò æquius, quam ut, qui homines se esse, & humanis miserijs obnoxios, obliti fuerunt, æternæ ab hominibus & Deo oblivioni tradantur. Lex illa talionis est: *Eadem mensura quæ metimini, contraria metiuntur vobis.* Luc. 6. 38. Denique omnem imminisericordibus excusationem adimit facilitas & exiguitas eorum, quæ esurientibus & sitiensibus, nudis & hospitibus, ægrotis & captiuis præstare à Christo jubentur. Possent utique ea præstare, si vellent: nolunt autem, ideo non præstant. Si impossibilia exigeret Dominus, vel saltē difficilia, abstrusa, pa-

CONCIO PRIMA

rūm æqua , aut superflua ; posset nonnullus esse exclusiōni locus. At levia sunt quæ egenis & afflictis, maximè post declaratam & cognitam Christi voluntatem, negant ; putā esurienti mendico Lazaro *micas ē mensa cādentes*, Luc. 16. 21. Davidi ex regno extorri, *panem, aquam, & carnes mātatas*, 1. Sam. 25. 11. nudo' vestem lineam aut laneam, attritos calceos, interulam obfoletam , exuli casam terrenam & letulum duriusculum. Quomodo excusari aut defendi possunt, qui humana ista levia & præstitu facillima Christo suo negant?

Nos misericordes simus : sic misericordiam consequemur. Diserte Christus : *Beati qui sunt misericordes : quoniam ipsis misericordia tribuetur*. Matth. 5. 7. Vera misericordia gloriatur adversus judicium. Jac. 2. 13. Insultat damnationi, morti, inferno. Etiam si rigidi & immisericordes in iudicio peribunt, bonis tamen & misericordibus aeternūm bene erit. Misericordiam consequentur, quando eos Judex ad dexteram suam statuerit, dicturus: *Adesti benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis à iusto mundi fundamento*. Matth. 25. 34. Praeclarè & ad rem hanc accommodatissimè Apostolus : *Quicquid seminaverit homo, hoc & metet*. Gal. 6. 7. Vis ut exaudiantur preces tuæ? Audias tu quoque precationem proximi laborantis. Excipe puerulos, & Christus, in illis exceptus, te excipiet. Da, & dabitur tibi: succurre miseris, indulge, ignosce peccantibus, ut auxilium & veniam à Deo ipse accipias. Quâ tu fronte misericordiam à Deo petes, qui inexorabilem & immisericordem in fratrem te præbes ipsum? Quo tu ore rogas à Deo diligi & honorari, qui non diligis nec honoras proximum tuum? Es sobrius, castus, & eruditus? non es blasphemus, non es adulter, non fur, non garrulus? hæc te commendant coram hominibus: si tamen non sis misericors, misericordiam non conquereris. Durum judicem Deum experieris, si durus

IN M A T T H . X V I I I .

durus in egenos fueris. Hos si despixeris, Deus te quoque despiciatui ducet. Per quæ enim peccas, per hæc etiam torqueberis. Ut te præbuisti immisericordem, durum, implacabilem, crudelem: Ita invenies Deum adversus te durum, immisericordem, nec ullis vel precibus vel fletibus conciliandum. Ut per immisericordiam peccasti: Ita per immisericordiam punieris. Dices in iudicio: *Quemadmodum feci, sic rependit mihi Deus*. Iudic. 1. 7. Faxit Deus, ut in hac vita induit visceribus miserationum, Col. 3. vers. 12. in futura æternæ gloriæ veste superinduamur, 2. Cor. 5. vers. 2. per & propter Dominum nostrum Iesum Christum. A. M. E. N.

CONCIO SECUNDA

IN

M A T T H . X V I I I . vers. 6.

Quisquis autem offendiculo fuerit uni ex parvis istis qui in me credunt, praetiterit ei ut suspenderetur mola asinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo mari.



Nter reliquo's, qui sārē multi sunt atque existimij, titulos, quibus filij Dei in sacris Paginis decorantur, instar lucidissimæ ac pretiosissimæ gemmæ fulget & resplendet appellatio filiorum lucis, quâ eos Christus ipse ornat. Luc.

Luc. 16. v. 8. Nomen hoc ducunt 1. à Patre cœlesti, quem Vates Regius lucem suam, Psal. 27. 1. & Iacobus Apostolus Patrem lumen salutat. cap. 1. v. 17. Et meritò. Est enim fons & author omnis lucis; tūm æternæ & cœlestis, quam habitat inaccessam. 1. Tim. 6. 16. unde in luce esse dicitur 1. Joan. 1. v. 7. tūm externæ, quam creavit in Sole, Luna, & reliquis stellis. Gen. 1. v. 6. hinc lucem formare legitur. Elai. 45. 7. tūm denique spiritualis, seu lucidæ sui cognitionis, quam in cordibus electorū suorum accedit. Dat nobis Spiritum sapientiae & revelationis, per agnitionem sui, illuminatis oculis mentis nostræ. Eph. 1. 17. 18. Ab his pendent ista Pauli: Deus, qui dixit ut è tenebris lux splendesceret, is est qui splenduit in cordibus nostris, ad præbendum lucem notitiae gloriae Dei in facie Iesu Christi. 2. Cor. 4. v. 6 2. Nomen filiorum lucis pīj traxerunt à Christo Iesu Capite, Servatore, Sponso, & fratre suo primogenito. Hic enim est vera illa Lux, Ioan. 1. 9. Sol justitiae, Malach. 4. 2. Lux illa mundi, Ioan. 8. 12. Lumen detegendum Gentibus. Luc. 2. v. 32. Ille duce generali rationis atque intellgentiæ omnem hominem venientem in mundum illuminat. Joan. 1. 9. luce vero salutiferæ sui cognitionis animas & corda electorum suorum illustrat. Hoc ipsum sibi volunt verba illa Joannis: Deum nemo vidit unquam: unigenitus ille Filius qui est in sinu Patris, ille nobis exposuit. Ioan. 1. 18. 3. Nomen filiorum lucis electi habent à Spiritu sancto, qui sacer ille Pentecostalis ignis est, quo collustrati Apostoli & credentes omnes, in luce ambulant, lucem fidei & pietatis in aliis accidunt, & rectâ ad Deum pergunt. Act. 2. 3. Hic Spiritus dux via Dei filiis est in omnem veritatem. Ioan. 16. 13. 4. Filii lucis appellantur Dei cultores à luce & hereditate cœlesti, quā donaturus eos est lumen Pater. Dulcissimè Daniel: Erudientes splendebunt quasi splendore expansi, & justificantes multos, ut stellæ, in sempiterna secula. Dan. 12. 3. Nec minus suaviter Christus

Christus ipse: Iusti effulgebunt ut Sol, in regno Patris sui. Matth. 13. 43. Quibus addi meretur illud Ioannis: Civitas ista cœlestis non eget Sole vel Lunâ, ut luceant in ea: nam gloria Dei illustrat eam, & lucerna ejus est Agnus Apoc. 21. 23. 5. Nomen filiorum lucis pīj gerunt à verbo Dei & prædicatione Euangeli, de quo David: Præceptum Iehovæ purum, illustrans oculos. Psal. 19. 9. Et adhuc uberioris: Lucerna pedi meo verbum tuum est, & lux itineri meo. Psal. 119. 105. Inde est quod habemus apud Petrum: Habemus firmissimum illum sermonem propheticum: quem bene facitis quod attenditis, velut lucernam splendentem in obscuro loco, usque dum dies illuxerit, & Lucifer exoriatur in cordibus vestris. 2. Epist. 1. 19. 6. Denique, & quidem imprimis, nōmen hoc tenent filij Dei à luce fidei bonorum operum, quam de se spargunt. Ex Paulo hoc haurire est, dicente: Estate inculpati & simplices, Dei inquam filij inculpati in medio gentis pravae ac perverse: inter quos homines splendetis ut faces in mundo. Philip. 2. 15. Atque hoc propriè facit illud Christi: Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, glorificantque Patrem illum vestrum qui est in cœlis. Matth. 5. 16. Non minus suaviter quam graviter Paulus scribit ad Thessalonicenses: Omnes vos filii lucis estis, ac filii diei: non sumus filii noctis, neque tenebrarum. Nempe igitur ne dormiamus ut reliqui, sed vigilamus & sobrij simus. Nam qui dormiunt, noctu dormiunt: & qui inebriantur, noctu sunt ebrij. At nos qui sumus diei, sobrij simus, induiti thorace fidei & charitatis: & pro galea, spe salutis. 1. Epist. 5. 5--8. Atque ad hunc scopum Christus in verbis prælectis collimat. Vult credentes esse lucida atque fulgida lumina, quæ pusillis, infirmis, ac generatim omnibus hominibus faciem fidei ac pietatis, in tenebricoso itinere, & periculosa per hunc mundum peregrinatione, præferant, quod hi ad æternam lucem perducantur. Contrà denunciat stellis erraticis, omnibusque qui offendicula aliis in via pie-

C O N C I O S E C U N D A

tatis & mandatorum divinorum ponunt, ac non per regiam
viam, sed per avia, eis ducunt; *caliginem tenebrarum in æternum ipsi servatam esse*, h. e. *tempiterum eos exitium manere*. *Iudæ epist. vers. 13.* Partes duæ sunt:

I. *Dehortatio ipsa: Pusilli non sunt offendendi.*

II. *Rationes, cur offendicula non sint danda.*

Quod ad *Dehortationem*, de qua impræsentiarum, eam in
tria partimur membra:

I. Q U I D.

II. Q U I B U S.

III. Q U I facere non debeant.

Faxit Deus, ne ullum ex verbis veritatis in terram de-
cidat. *A M E N.*

I. Q U I D?

Prohibet Christus *Quædāλίγειν*, offendiculo esse. Ad si-
gnificationem vocis *scandalū* propriam quod attinet, idem significat quod *Quædāληθεον*, h. e. *tendicula aut musci-
pula obicem*, sive *erectum paxillum*, qui *sustinet muscipulam*, &
*a mure sive alio animali commotus labitur, eique collabendi occa-
sionem præbet*. In sacris tamen Literis, per fynedochen,
generalius de quovis obice vel impedimento in via posito, quod va-
gillationis, *offensionis aut lapsus occasionem & causam eunti dat*,
accipitur. Hoc sensu sumitur in Lege illa: *Ante oæcum
ne ponito offendiculum.* Levit. 19. 14. Sic Israelitæ, ad bel-
lum se contra Holophernem primarium ducem copiarum.
Assyriæ comparantes, in agri dispensuerunt *κακόδαλα*, offendicula,
h. e. res ad quas impingeret. Judith. 5. 1. Ubi Pi-
scator vertit: *Sie legten auf den felden fusz stachel.* Quum
autem vitæ humanae conversatio in sacris Paginis via voce-

IN M A T T H. XVIII.

tur Psal. 1. 6. & alibi passim, metaphorice *scandalum* appelle-
latur, omne id quod in Dei præceptis aut salutis via ambu-
lantibus obstatculo est, aut peccandi occasionem vel cau-
sam præbet. Paulo synonyma sunt *Quædāλον* & *προσβλέψια*
Rom. 14. 13. Estque duplex scandalum, acceptum vel da-
tum. *Acceptum* vocatur, quum res alioqui non improbe
nec importunè admissa, malevolentia aut sinistrâ quâdam
animi malignitate in offensionis occasionem rapitur. Seu,
Acceptum scandalum est dictum aut factum per se non im-
pium: sed cui accidit ut tanquam impium accipiatur: sive
id fiat per calumniam, sive per errorem. *Per calumniam of-
fendebantur Pharisei miraculis Christi per quæ ejiciebat
dæmonia, adscribentes ea principi dæmoniorum.* Matth.
12. 24. *Per errorem offendebantur Pharisei & Scribæ ver-
bis Christi ad paralyticum: Remissa sunt tibi peccata tua;*
putantes eum blasphemare, nec esse Deum. Matth. 9. 2. 3.
Sed & plura ejuscmodi scandalorum acceptorum exempla
passim obvia sunt. Temporarii, radice, id est, fidei πληροφο-
ρία, destituti, orta compunctione vel persecuzione propter sermo-
nem, statim offenduntur. Mat th. 13. 12. *Pharisei audito ser-
mone Christi de fugiendis mandatis & traditionibus homi-
num, offensi fuerunt.* Ibid. cap. 15. 21. Verùm hanc scandali
speciem quæ ab improbis accipitur, susque deque piis ha-
bendam esse, ex Christi, Prophetarum atque Apostolorum
exemplis ac factis manifesto liquet. *Christus* discipulos
suos hortatur, ne sint de scandalô Phariseorum solliciti: sed
eos ceu impostores sint, & procul fugiant, tanquam
cæcos cæcorumque duces. *Omitite, inquit, illas: duces sunt
cæci cæcorum.* quod si cæcus oæcum per viam duxerit, ambo in fo-
reiam cadent. Ibid. vers. 14. Inter Prophetas Elias nihil mo-
ratus est scandalum ab Achabo rege impio, ex cultus idola-
trici suæque improbitatis reprehensione, præpostere acce-
ptum. Loquitur textus sacer: *Fuit quæcum videret Achab
E 2 Eliam,*

Eliam, ut diceret Achab ei, Tune ille es perturbator Israëlis? Qui dixit, Non perturbo Israëlem, sed tu & domus patris tui, dum de-relinquistis præcepta Iehovæ, & sequeris Bahalimosis. 1. Reg. 18. 17. 18. In Eliæ vestigiis stetit Propheta Amosus, qui visione coelesti præmonitus, futuram famem, clades & deportationem totius Israëlis post sublatam Ierooboami domum, prænunciavit. Ideo offensus Amatzja, impius sacerdos Be-thelis, Amosum conspirationis accusavit, ipsique discessum consuluit. Offendiculum illud nihil fecit Amosus, fatus divinâ vocatione, & Amatziæ eventura mala, Dei jussu, interminatus est. Amos. 7. Neque Apostoli propterea defisterunt veritatem propagare, etiam si hinc quasdam malas mentes offendì percepissent. Disertè de se & cooperariis suis Paulus: *Nos prædicamus Christum crucifixum, Iadæis quidem offendiculum, Grecis verò scutitiam.* 1. Cor. 1. 2. 3. Nimirum in hac vocis *scandalī* significatione ipse Christus & ejus Euangelium, sunt lapis ad quem impingitur, & petra offendiculi. Rom. 9. 32. 33. 1. Petr. 2. 7. Quia enim tūm species personæ, tūm ratio doctrinæ & religionis Iesu Christi, Iudæis minus fuit plausibilis; ideo facti sunt ab eo alieniores, & prorsus ipsius hostes. Culpa autem non fuit in Iesu, utpote qui ipso factō tales se Messiam esse monstravit, qualem Deus in Scriptura promiserat: sed in ipsis Iudæis, qui Messiam non secundum Scripturas, sed secundum cerebri sui commenta habere cupiebant. Ut lippī luce & splendore Solis offenduntur: Ita qui mentem præjudicio exæcatam habent, lumine coelestis veritatis. Piè ve-réque Gregorius Magnus: *In quantum sine peccato possimus, vitare proximorum scandalum debemus.* Si autem de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum, quam veritas relinquatur. Libr. 1. in Ezechiel. homil. 7. De hoc Scandalo accepto Christo hic sermo non est:

Scandalum datum est dictum aut factum impium, repu-gnans

gnans dilectioni Dei & proximi: ac proinde suā naturā & per se pios contristans, ac infirmos seducens. Ad dicta pertinet doctrina falsa, dubia, idololatrica & superstitionis. Hoc nomine Christus invehitur in Antistitem Ecclesiae Pergamensis, qui fovebat ejusmodi scandalorum authores: *Habeo, inquit, adversum te pauca, quod habeas istuc qui teneant doctrinam Balaam, qui docebat Balatum objicere offendiculum coram filiis Israëlis, ut ederent ex iis quæ simulacris erant immola-ta, & ut scortarentur.* Ita habes etiam tu qui teneant doctrinam Nicolaitarum: *quod odi.* Apoc. 2. 14. 15. Huc etiam referenda sunt *prava colloquia*, quæ, Paulo teste, *bonos mores corrumpunt.* 1. Cor. 15. 33. Item sinistri sermones, qui vel de mortuis vel de absentibus sparguntur: unde semina similitudinum, odiorum & rixarum oriuntur. Ad facta pertinet, si quis palam faciat ea, quæ sunt illicita, & legibus Dei adversantur, unde alij exemplo inducuntur, ut illud factum imitentur, sicque in Deum & proximum peccent. Ut enim qui attrediat pisem, inquinatur eā: Sir. 13. 1. Ita qui familiariter cum palam impijs vivit, ac multum cum blasphemis verbi divini contemptoribus conversatur, ab illis scandalizatur, eademq; vitia induit. Cum his annumeramus eos, qui in iis quæ per se non sunt mala, sed licita, impudenter & indiscretè versantur, ac infirmioribus scandalum præbent. Sic Paulus Rom. 14. & 1. Cor. 8¹ & 9. capp. prolixè disputat de libertate Christiana, & accuratè docet, quomodo eā in esu idolothytorum & aliorum ciborum lege prohibitorum, non sit abutendum ad scandalum infirmorum. Memoratu dignissima sunt verba ejus quæ extant Rom. 14. 13. - 16. Ne amplius alij alios judicemus: sed hic potius adhibete iudicium, ut ne fratri proponatis quidpiam ad quod impingat vel offendat: *Novi, & persuasum habeo per Dominum Iesum, nihil esse impurum per se: sed ei qui reputat aliquid esse impurum, id ei impurum esse.* Verum si propter escam frater tuus trifisi-

tristitia afficitur, non jam secundum charitatem ambulas. Ne esca tua illum perdit pro quo Christus mortuus est. Ne vestrum sicut bonum blasphemator. Hortatur Romanos ut solicite caveant, ne per abusum istum detrahatur de Evangelica libertate, quasi ad quidvis audendum aditum aperiat, atque ita male audiatur. Id ipsum serio inculcat Corinthijs, dicens : *Escæ nos non commendant Deo: neque enim sedamus, amplius habemus: neque si non edamus, minus habemus.* Sed videtene quomodo facultas illa vestra impingendi causa sit infirmis. Etenim si quis viderit te, illa cognitione prædictum, in idoleo accumbere, nonne conscientia ipsius qui infirmus est instruetur ad edendum ea quæ sunt idolis maculata? Et tuæ ista cognitione frater infirmus, propter quem Christus est mortuus, peribit? Ita autem peccantes in fratres, & vulnerantes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca offendiculo est fratri meo, non edam carnes in æternum, ne sim offendiculo fratri meo. 1. Cor. 8. v. 8. & seqq. Est autem probè hinc notandum, nos cum asserimus, in rebus mediis proximi rationem esse habendam, loqui 1. de proximo, qui verè infirmus est, id est, qui cum alioquin eadem nobiscum Christianæ fidei capitaneat, in adiaphoribus tamen nondum habet πληροφοριαν: obstinatos & contumaces hæc minimè concernunt. Exempli gratiâ: Paulus Timotheum, patre Græco natum, circumcidit ad scandalum fratrum Judæorum infirmorum evitandum, qui de libertate Christiana nondum edocerant. nam ad hoc eum necessitas evitandi scandali obligabat. Titum verò circumcidi noluit, ne falsam opinionem circumcisionis ad salutem necessariæ stabiliret. Ipsum audiamus: *Titus qui mecum erat, quamvis esset Græcus, non fuit coactus circumcidere: nempe propter obrepitos falsos fratres qui fuerant claram ingressi ad explorandum libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitatem adigerent. Quibus ne ad momentum quidem nos subjiciendo cessimus: ut veritas Eu-*

angeli

angeli permaneret apud vos. Gal. 2. 3. 4. 5. 2. De istiusmodi rebus adiaphoris loquimur, à quibus dum in proximi gratiam abstinemus, Deum suo honore non fraudamus, nec in periculum nostram libertatem vocamus. Cæterum quando scandalum, sive dicto, sive facto, datur, id Scriptura sacra phrasibus hisce exprimit: *Inducere aliquem ad peccandum in Deum.* Exod. 23. v. 33. *Inducere super aliquem peccatum.* Ibid. cap. 32. 21. *petcare in reatum populi.* Levit. 4. 3. Sunt instar saxonum mala exempla, sive peccata, in quæ incurrentes impingunt, vel etiam corrunt. Atque de hoc scando Christi verba intelligenda sunt.

Usus ad παιδείαν.

PEr animam caveamus, ne scandalum aliis præbeamus. Atque huc vergit Christi mandatum, hoc loco: cui qui parent, germani ejus sunt discipuli & amici: qui ei dictis facti ve reluctantur, alienos se ab eo ostendunt, nec impune ferent. Paulus quoque vehementer urget illud: *Hic adhibete iudicium, ut ne fratri proponatis quidpiam ad quod impingat vel offendat.* Rom. 14. 13. Rursus: *Estate sine offendiculo & Iudæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei.* Atque ut efficacius moveat, suum ipsis exemplum imitandum proponit: *Sicut ego per omnia omnibus placebo, non querens meam ipsius utilitatem, sed multorum, ut serventur.* 1. Cor. 9. o. vers. 32. 33. Justum id. Sumus omnes unius corporis mystici membrorum. Ibid. cap. 12. v. 20. At verò membrum validum, integram & sanam affectorum rationem habent, & imbecillia curant. Itidem & nos affectos esse oportet. Omnibus prædesse, nulli obesse nos convenit. Nullum deteriorem, sed omnes meliores pro viribus reddere debemus. Nulli offendiculum, omnibus bonum & laudabile exemplum proponere tenebatur. Graviter Christus Petro edicit: *Tu aliquando quum*

C O N C I O S E C U N D A

te converteris, stabili fratres tuos. Luc. 22. vers. 32. Et hoc
vergit monitum illud Paulinum: *Nempe igitur quæ ad pacem*
faciunt se demur, & quæ ad mutuam ædificationem. Rom. 14. 19.
Nempe ut manus manum lavat: Ita fideles se mutuò dictis
& factis debent ædificare. Alibi generalem illam regulam
comendat Apostolus: *Omnia mihi licent, at non omnia*
conferunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.
Nemo quod suum est querat, sed quisque quod alterius est. 1. Cor.
10. 23. 24. Næ magnum est libertatis per Christum nobis
partæ beneficium, adeoque gratis animis agnoscendum: at-
tamen usus ejus pro temporum, locorum & personarum ra-
tione restringendus est, ut tam nostræ quam aliorum utili-
tati serviat. Etenim si bonus paterfamilias, qui meruit in
sua domo imperium habet, non quidvis temerè facit, sed
familiaæ totiusque rei domesticæ rationem habet, ne quid
huic incommodet: quanto magis hoc Christianos obser-
vare decet, qui quamvis in domum Dei adoptati sint, Chri-
sto tamen subjecti sunt, qui ferre non potest, ut vel
domus suæ ordo & administratio turbetur, vel quisquam
ex ipsius domesticis nostrâ licentiâ offendatur & pereat?
Viatores sumus, per hujus mundi desertum ad cœlestem
patriam tendentes. Ut verò viæ comes, non quantum spa-
tij ipse emetri possit, considerat: sed se ad socij in itinere fa-
ciendo vires & alacritatem accommodat: Sic in hac pere-
grinatione nostra, ad omnium itineris sociorum captum atq;
profectum, nos, ex cœlestis Ædnyß voluntate, conformare
debemus. Conspicua in hanc rem sunt verba Pauli: *Deba-*
mus nos, qui firmi sumus, infirmitates imbecillorum portare, ac
non indulgere nobis ipsis. Itaque unusquisque nostrum proximo
placeat in bonum, id est, ad eum ædificationem. Etenim Christus
non placuit sibi ipsis. Rom. 15. v. 1. 2. 3. In musica non sem-
per spectatur, quæ vox suavissima sit, sed quæ cæteris con-
venientior & concentus servantior: Sic illi dum lau-
dem

I N M A T T H. XVIII.

dem merentur, qui communionis sanctorum tenacissimi,
proximorum ædificationi & saluti invigilant, ac temperanter
erga seipso, justè erga proximos, & piè erga Deum in pre-
senti seculo vivunt. Tit. 2. 12. Quemadmodum fertur Ari-
stippus, ubicunque esset, sive apud principem, sive apud
agricolam, & quacunque eslet indutus ueste, sive purpureâ,
sive sericâ, sive vilis panni, decorum semper servasse gestum-
que Philosophicum: Ita è nos dexteritate in omnibus re-
bus esse oportet, ut omnes mutationes ad suum quemque
finem referre, recteque ad ædificationem proximi, com-
moditate & incommodeitate, honore & ignominia, amicis
& inimicis, gratiâ & invidiâ, sanitate & morbo, carcere &
libertate, labore & quiete, festis & profanis diebus uti pos-
simus, nihil præter officium Christianorum, aut ordini no-
stro indecorum facientes. Ut verò scandala evitare, ac pro-
ximum ædificare queamus, in omnibus dictis, gestibus &
actionibus sequentes regulæ sunt observandæ: 1. Semper
cogitemus, quid à nobis exigat Deus, qui omnia
audit, videt, novit. Nam divinæ voluntatis & præsen-
tiæ recordatio, præsentissimum & efficacissimum adversus
omnia peccata & scandala est remedium, & verè pietatis nu-
trix. Ita de se David: *Propono mihi Iehovam jugiter.* Psal.
16. 8. Næ quamdiu *jugiter* sibi David *Iehovam* præsentem
proposuit, tutò ambulavit, neque ulli offendiculum præ-
buit: Ejus præsentiam quum negligeret, adulterium ac ho-
micideum commisit, trifteque scandalum aulicis, ministris
atq; iubditis suis dedit. 2. Sam. 1. 1. & 12. capp. Josephus Do-
minum respiciens, ad patrandum adulterium induci à Ias-
civa hera non potuit, sed intrepidè ei respondit: *Quomodo fa-*
cerem malum hoc maximum, & peccarem in Deum? Genes. 39. 9.
Et Daniele dicto regis Darij impio eadē pietate non paruit.
Dan. 6. 11. Seneca Epist. 25. ad Lucilium hoc alexiphar-
maco contra peccata munit: *Sic fac, omnia tanquam spelet*
aliquis,

C O N C I O S E C U N D A

aliquis. Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse, & habere quem respicere, quem interesse cogitationibus tuis judices. Hoc quidem longe magnificentius est, sic vivere tanquam sub aliquo boni viri, ac semper presentis oculis. Sed ego etiam hec contentus sum, ut sic facias, quecumque facies, tanquam spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuaderet. Aliorum te custodi auctoritate. Aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Lælius, aut cuius intervētu perditè quoque homines vitia supprimarent, dum te effici eum, coram quo peccare non audias. Quanto igitur magis Dominum nāpōeywāsn̄ ob oculos nobis proponemus, qui omnia continetur, cujusque conspectum nemo hominum evitare potest? 2. Nunquam nusquāmve obliviscamur, quid vocatio & officium nostrum requirat. Non eadem personam publico munere fungentem decent, quæ hominem plebejum: non eadem probas & ingenuas mulieres, quæ meretrices: non eadem viros, quæ mulieres. Huc pertinet Lex illa: *Non esto instrumentum virile super fæminam, neque induito vir vestem fæminæ: nam abominatione est Iehovæ Deo tuo quisquis facit ista.* Deut. 22. 5. Senes debent esse sobrij, venerandi, temperantes, fani fide, charitate, tolerantia. Tit. 2. 2. Juvenes exornat verecundia, modestia, castitas, sobrietas, vigilancia. Omnium summus ornatus est fidelites in munere mandato. 1. Cor. 4. v. 2. 3. Affiduè nobiscum reputemus, quid proximi ædificatio ferat. Significanter Paulus: *Vnusquisque nostrūm proximo placeat in bonum, id est, ad ejus ædificationem.* Rom. 15. vers. 2. Cui adfidet illud ejusdem: *Ædificate singuli singulos.* 1. Thess. 5. 11. Imitemur piorum parentum in liberorum suorum institutione, & fidorum atque artis suæ peritorum medicorum in curatione ægrotorum, prudentiam ac solicitudinem. Ut enim utrique illi liberorum sive ægrotantium ingenia observant, eorundem moribus & captui se accommodant, & multa saepe indulgent, quod facilius & majori cum fructu suum erga illos officium

I N M A T T H . X V I I I .

ficiunt faciant: ita piorum est, diligenter omnium, quibuscum versantur, rationem habere, ignorantes patienter ferre, infirmitatibus quorundam ad tempus indulgere, ut & ipsi pauplatim per ipsos lucrifiant, & maiores in Christi cognitione progressus faciant. Quod si prudenter hoc in equis & reliquis jumentis observamus, ut illis possimus commodioribus uti; nimium protervi & insolentes erimus, si minoris à nobis siant fratres, quos idem Christi Spiritus eademque fides sociavit. 4. Scandala evitaturi, peccatum nullum, quamvis levissimum videri possit, admittamus. A parvis peccatis qui sibi temperat, magna facile cavet. Nisi David ad securum se otium convertisset, oculosque aspectu formosæ Bathshebae se lavantis licentiū pavisset, nunquam in fædum adulterium, & ex eo in crudele homicidium prolapsus esset, tamque atrox offendiculum toti Israëli objecisset. Non sola delicti vis consideranda est, nec quod parvum sit, cogitandum: sed illud præcipue tenendum, quod si radicem non evulseris, magnum inde peccatum succreturum. In primis finibus hostis arcendus est, nam cum intravit, & portis se intulit, modum à captivis non accipit. Facilius est excludere perniciofa, quam regere: & non admittere, quam admissa moderari. nam cum se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt, nec recidi se minuive patiuntur. Coercenda infantia criminis, ne juvenescat augmētis. Imò in ipsis incunabulis scelera commissa sunt resecanda. Quæ nunc virgulta sunt, erunt si negligantur, & robora: quæ modò facili avulsione dirimuntur, postea vix securibus icta succumbunt. Ut ex ovo non magno crocodilus, monstrosum animal, excluditur: Ita minimis à vitiis absoluta tandem & projecta nascitur improbitas. Flamma difficulter, scintilla momento levi extinguitur. Verum jure hic ingemiscimus cum Propheta, moestamque illam querelam ingemismus: *Quis credit prædicationi nostraræ, & brachium Iehovæ su-*

per quem se retegit? Esai. 35. 1. Plena omnia sunt offendicula
diculorum. Numerosam fratrum cohortem post se reliquit
impius ille Cainus, qui dixit: *An custos ego sum fratribus mei?*
Gen. 4. vers. 9. Adeò jucunda peccati perpetratio multis
est, ut nec sui, nec proximi rationem habeant. Tandem
vero uterque fructus ejus sentit tristissimos; delinquens
punitur, proximus seducitur, & in eamdem naßam incidit.

II. Q U I B U S?

VEtat Christus ne *uni ex parvis istis offendiculo simus.*
unusq; vocat pusilos, quos anteà *παιδια*, *puerulos* dixerat,
verbu 3. & *ταπεινούς* esse voluerat, vers. 4. Ita autem
vocantur;
 1. qui aetate sunt pueri: hi excipiendi sunt, non
offendendi: uti præcedente concione demonstratum.
 2. Infirmi, miseri, abjecti: qui quum humiles per se sint,
utique scandalizandi non sunt. Talis Lazarus *mendicus*,
Luc. 16. 20. Publicanus, qui præ animi contritione, *nolebat vel oculos in cœlum attollere*. Ibid. cap. 18. v. 13. itemque
pauperes, ægroti, tentati, afficti. His qui offendiculo est,
miseriam miseris, afflictis afflictionem addit. 3. qui parvi
sunt & contempti in oculis mundi: quæ fors esse solet pio-
rum, teste Paulo: *Purgamenta mundi facti sumus, & tanquam
omnium ramentum nunc usque*, 1. Cor. 4. 13. 4. qui parvi
sunt in oculis suis, seque iplos submittunt, & alijs mini-
strant, quamvis donis sublimes. Sic de se David: *O Ieho-
va, non superbit cor meum, nec efferruntur oculi mei: nec ambulo
in rebus magnis & mirabilioribus quam ut ego eas asequar.* Nisi
composui & sedavi animam meam, sicut ablactatus apud matrem
suam facit; nisi sicut ablactatus, apud me fuit anima mea: puni-
at me Deus. Psal. 131. 1. 2. 5. qui adhuc infantes sunt in Chri-
sto; 1. Cor. 3. 1: & rudes sermonis justitie: Hebr. 5. vers. 13:
atque exiguo in cognitione Christi progressus fecerunt:
item

Item qui nondum sufficienter de libertate Christiana edocti
sunt, *quorum conscientia, infirma quam sit, facile inquinatur*:
1. Cor. 8. 7. Neque enim omnes illi plenè & quantum fa-
tis est, instituti sunt, quibus justa facti alicujus redditur ra-
tio. Fieri potest, ut quidam nondum rationis redditæ sint
capaces, qui idcirco, quamvis ratio illis sit reddita, pro pusiliis
adhuc habendi sunt. *Ne uni quidem ex istis parvis offendiculum* Christus vult ponit. Ita Christo chari sunt *parvi*, ut
in unoquoque illorum vel honore summo, vel ignominia
maximè queat affici. Scilicet talis est affectus veri pastoris;
ut vel unam oviculam, eamq; vilissimā, excentum amissam,
summo studio querat: item parentum erga liberos suos,
ut prius quieti se dare nequeant, quām saluti liberorum
periclitantium consuluerint, damnumque ab eis averte-
rint: in summa, omnium eorum qui in res aliquas propen-
fissimi sunt: uti in parabola est mulieris, quæ decem drach-
mas habens, unam perdiderat. Luc. 15. 8. 9. Quemadmo-
dum *capilli capitii nostri omnes numerati sunt*: Matth. 10. 30.
Ita in numerato Deus habet offendicula, quæ propter bonos
ulciscitur atque persequitur. Non ita affecti sunt princi-
pes hujus seculi, quibus etiam si aliquot millia pereant, non
admodum dolent, dummodò principes esse & manere que-
ant. De uno forsan magnatum offendiculo illis est ratio;
quām si quisquam, imò quamplurimi ex infima plebe pere-
ant. Longè se aliter affectum esse, Christus, hoc loco, di-
scipulos suos docet: In eo vero peccaverunt discipuli,
quando *parvulos ad Christum adduci prohibuerunt, & offerentes*
objurgarunt. Matth. 19. 13. 14.

Uſus ad παιδεία?

NE vel minimo in regno Christi offendiculo simus. Hic
enim illud Christi valet: *Amen dico vobis, quatenus id
fecisti uni ex istis fratribus meis minimis, mihi fecisti.* Matth.

C O N C I O S E C U N D A

25. 40. Tam arcto atque tenaci vinculo Christus & membra ipsius copulata & unita sunt, ut ne abjectissimum quidem in oculis hominum velit lesum, vel scandalum perditum. Et æquè ipsi carè stetit *parvus*, atque maximus. Tota etiam Ecclesia offenditur, quando vel minimo ejus membro scandalum præbetur. Ut enim qui digitum vulneravit, corpus hominis læsisse dicitur: & verè quidem, quando digitus corporis pars est, quæ absque illius mutilatione truncari nequit: Ita Ecclesiae offendiculum ponit, quisquis vilissimo illius membro lapsus author est. Graviter peccant, qui impiis & à fide Christi alienis, quos vitæ suæ integritate Christo lucrifacere debebant, offendiculum objiciunt. Turpissimè etiam se dant, qui pios, quos honesto pioque vitæ exemplo confirmare divinâ lege tenebantur, scandalum præbent. In Lege Deus pronunciavit: *Ante cæcum ne ponito offendiculum.* Levit. 19. 14. Item, *Maledictus est qui facit ut cæcus erret in via;* & *dicet totus populus, Amen.* Deut. 27. 18. Qui cæco vel puerulo obstraculum ponit in via, vel viatori bono, simplici, & incauto fodit foveam, aut ponit pedicas, omnem humanitatem exuisse judicatur. Quanto gravius peccare eos putabimus, qui infirmos, ignorantes, & rerum imperitos suo exemplo in errores præcipitant, qui animæ exitium pariunt?

III. Q U I S ?

ID innuit voce *quisquis.* Nimicum universale hoc est decretum, quo omnes cujuscunque loci aut ordinis homines comprehenduntur: ut nemo sit, qui se immunem possit dicere, & cui hac in re plus quam aliis liceat. Senes, maguates, & autoritate pollentes, falsa opinione fascinati saepe existimant, sibi licere, quicquid libet, nec ullam proximi

IN M A T T H . X V I I I

ximi, qui inferiori est conditione, rationem habendam. Sed falluntur miseri. Sunt enim fratres pusillorum, ratione primæ creationis, redemptionis per Christum, & regenerationis per Spiritum sanctum. Ergo confirmare hos, non scandalizare, erigere, non prosternere; juvare, non defere; curare salutem eorum, non negligere debent. Ut hinc obtineat illud Christi: *Quæ dico vobis, omnibus dico.* Marc. 13. 37. Una lex omnibus subditis à cœlesti Rege data & posita: unum præmium obedientibus promissum: una poena hic immorigeris decreta & denunciata. Nulla hic regis & subditi; summi, medioxumi, & imi; nobilis & ignobilis; domini & servi; parentum & liberorum distinctio.

Ufus ad παιδεῖαν

HUc aures arrigite, animumque advertite, quotquot Dei servi & Christi discipuli cluetis. Nemini scandalum ponite, omnes ædificate, omnibus bono exemplo prælucete. Nullus est, cuius vita aliis non innotescat. Graviter & patheticè Petrus omnes ad Deum suis operibus glorificandum, & scandalata vitanda exhortatur: *Dilecti, precor ut tanquam inquilini & advenæ abstineatis à carnis cupiditatibus, quæ militant adversùs animam, conversationem vestram habentes honestam inter Gentes: ut pro eo quod obloquuntur vobis ut facinoris, ex operibus quæ spectaret, glorificant Deum die visitationis.* 1. Epist. 2. 11. 12. Ecce, honesta conversatione & bonorum operum studium, scandalum omne tollit, os calumniatoribus obstruit, alienos à fide ad Deum glorificandum excitat, ac medium est conversionis ipsorum ad Deum. Adde, quod nemo sit, qui aliquid in sua vita præstare & exhibere possit, quo alij in pietate vel promoteantur, vel confirmantur. Singuli unum saltem talentum à Deo acceperunt, ex quo

pro facultate sua negotiari queant. Matth. 25. 15. Quid quod ex formicæ contemplatione homines ædificari possint, & prudentiam ac sedulitatem in parandis iis quæ ad hanc vitam necessaria sunt addiscere. Prov. 6. 6. & seqq. Accedit quod singuli in sua statione occasiones singulares habent aliquid præstandi, quod alij, similibus occasionibus oblati, imitari debent. Ideo Salomon, salutis suæ studiosos hortatur, ut ambulent per viam honorum, & itinera justorum observent. Prov. 2. 20. Omnibus ergo hoc dictum. In primis tamen officium hoc eis incumbit, qui vel ætate, vel donis, vel munere aliis sunt superiores. Anus Paulus monet, ut sapere doceant adolescentulas, ut sint maritorum ac liberorum amantes, temperantes, castæ, domi manentes, bonæ, quæ sese subjecant suis viris: ne sermo Dei blasphemetur. Tit. 2. 4. 5. Idem Titum, verbi divini ministrum, hortatur, ut per omnia seipsum præbeat exemplar bonorum operum, in doctrina integritatem, gravitatem, sermonem sanum, qui damnari non posset: ut qui se ex adverso opponit, erubescat, nihil habens quod de ipsis dicat mali. Ibid. v. 7. 8. Et de se ac collegis suis Paulus scribit ad Thessalonicenses: Nos met ipsis pro exemplari præbui- mus ad nos imitandos. 2. Epist. 3. 9. Ipsa æquitas naturalis hoc postulat, ad quam provocans Servator ait: Cuicumque multum datum fuerit, multum repetetur ab eo, & apud quem depositum fuerit multum, amplius reposetur ab eo. Luc. 12. 43. Adhæc quo magis quis eminet, eo magis est spectabilis, & minus occultatur. Huc illud Christi tendit: Non potest urbs occulti- tari supra montem posita. Matth. 5. 14. Quæ geruntur & dicuntur ab iis qui in altiori dignitatis gradu locati sunt, vel muneri graviori & honestiori præpositi, non magis hominum oculos effugere possunt, quam civitas super montem posita, quam facies in corpore humano, quam iij qui in theatro collocantur. Et quid æquius, quam ut qui aliis præficiuntur, præeundo viam illis rectam monstrent?

Præ-

Præclarè de sua, ac Sylvani & Timothei sociorum apud Thessalonicenses conversatione Paulus: *Nostis quales fu- rimus inter vos vestri causa. Et vos imitatores nostri facti fu- stis & Domini, recepto sermone cum afflictione multa, cum gaudio Spiritus sancti: adeò ut fueritis exemplaria omnibus credentibus in Macedonia & in Achaja.* A vobis enim non solum personuit sermo Dei in Macedonia & Achaja, verum etiam in omnem locum fides vestra que est in Deum dimanavit, ut necesse non habeamus quicquam loqui. 1. Theff. 1. 5—8. Ipsa experientia clamat, inferiores à superioribus pendere, & ad eorum se exemplum componere. Inde natum illud Siracidæ: *Qualis est iudex populi, tales etiam sunt ministri ejus: & qualis est dux civitatis, tales omnes habitatores ejus.* cap. x. 2. Id vero ut apertissimè & planissimè liqueat; figillatim demonstrabimus, quantum exempla magistratum, pastorum Ecclesiæ, & parentum, tam mala quam bona, hac in parte valeant. Ac magistratus quidem, quos mundi luminaria, justitiae columna, & pietatis patronos Deus esse voluit, plurimum Reipublicæ incommodeant, si vel minimo subditorum sint offendiculo. Nec mirum. Tanta peccati est contagio, ut non tantum ab uno æqualium ad alterum diffundatur, juxta illud: *Vox ab uva livorem dicit:* verum etiam ab inferioribus ad superiores ascendat, veluti ab Eva ad Adamum Gen. 3. à Iesabele ad Achabum. 2. Reg. 8. vers. 8. Salomon multarum exterarum fæminarum consortio corruptus, in idolatriam lapsus est. 1. Reg. 11. 3. Difer- tè Scriptura: *Annon cum ipsis peccavit Salomon rex Israëlis, quamvis in gentibus multis non fuerit rex par ei, & dilectus Deo suo esset, adeò ut constituerit eum Deus regem super totum Israëlem?* etiam ipsum ad peccandum induxerunt fæmine alienigenæ. Nehem. 13. 16. Regem Rehabeamum corruperunt consiliarij ejus juniores. 1. Reg. 12. 13. 14. Chanunem regem Ammonitarum principes ipsius. 1. Chron. 19. 3. 4. Et

G

Et

Et quoties malum à servis ad dominos , & ab ancillis ad heras transit? Quæ quum ita sint, quām latè, quām celeriter & perniciösè grāffatur peccatum illud , quod à rege & potenterib⁹ ortum, ad inferiores dévolvitur? Si enim peccati lues sponte serpat ; quanto idem faciet magis autoritate confirmatum, incitatum præmiis, ac comminationibus pos-
disque impulsū? si sursum à pedibus ad caput feratur,
quanto citius à capite ad pedes feretur deorsum? Si montes,
quantūvis acclives & præruptos, concēndat, quanto facilius
à verticibus montium ad convallēs decidet? Imò verò si au-
thoritate regiæ ægrè compescatur, quæ reliqua spes erit, si
eādem fulciatur & confirmetur? Atq; hoc illud est, quod Sa-
lonon ait: *Dominatoris attendentis verbo falsitatis, omnes mini-
stri sunt imprebi.* Prov. 29. 12. Nempe plus exemplo nocent
improbi principes & magistratus, quām peccatis propriis,
nec facinorum à se modò, sed à subditis quoq; commissorū
rei sunt. Horrorem hoc ipſis , & ex horrore cautionem
injicere meritò debet, ne dominatu, quem à Deo acce-
perunt, ad eum ignominia afficiendum abutantur. Si enim
gravissimum illos pro flagitiis propriis supplicium maneat;
quomodo poenis tot peccatorum ab aliis admissorum (quæ
sua faciunt, teste Apóstolo : 1. Tim. 5. 22.) ferendis pares
erunt? Evidēt nihile est quod ita authoritatē magistra-
tū imminuat, famam polluat, dignitatem infringat, at-
que mala exempla ac scandala subditis præbita. In facie
plus offendit nævus aut verrucula, quām in reliquo cor-
pore grandes maculæ aut cicatrices: Sic delicta magistra-
tū, & obſacula ab iis opposita, valde eos deformant, o-
mnī dignitate & ornamentiſ spoliant, ac inferioribus rui-
næ & offensionis occasionem præbent. Quemadmodum
quo ingentius fuerit saxum ab alta rupe cadens, eo plura fa-
cilit fragmenta: Ita quo excellentior persona , & in subli-
miori dignitatis culmine constituta, eo plures in lapsum

secum trahit, quum cadit, atque adē graviorem poenam
meretur. Regum casus nōrunt omnes. Magistratum
non modò domos, sed cubicula ipsa , intimosque recessus
vita ipsorum recludit , omniaque arcana noscenda fa-
mæ proponit atque explicat. Bene Claudianus in pane-
gyr. Honorij:

*Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Vite totius medio telluris in orbe
Vivere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari regalibus usquam
Secretum vitiis. Nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat, & angustos explorat fama recessus.*

Virtutes & vitia principum sunt in aperro : verba eorum at-
que opera simulac sunt edita , perpetuae consecrantur me-
moriæ. A quo non abludit proverbium illud : *Dum caput
dolet, cætera membra dolent.* Ut in corporibus gravissimus
est morbus, qui à capite diffunditur: Sic qui à magistratu.
Ut convenienter à Cælio Secundo dictum sit : *In imperio
morbum gravissimum esse, qui à capite descendat.* Tanto ma-
gistratum pernicioſora sunt vitia, quanto plureis sui ha-
bent imitatores. Sic pīcem à capite primum putere dicimus,
cum malorum publicorum & privatorum causam in reipubl.
vel familiæ cuiusquam principe consistere profitemur.
David rex, homicidio se & adulterio obstringens , gravius
lapsus est, quām privatus aliquis civis : graviores etiam ob-
scandalum datum poenas luit, tūm quia in altissimo amplis-
simoque gradu locatus, ingratissimus in Deū fuit, tūm quia
pernicioſum vitiorum exemplum subditis præbuit. Hoc
ergo uncè pensi habeant magistratus, ut subditis bono
exemplo præeant, nec offendicula illis objiciant. *Lucerna*
sunt subditorum, quod de Davide sacræ Literæ pronunci-
ant. 2. Sam. 21. 17. *Lucerna lucernam accedit :* magi-
stratus

52 CONCIO SECUNDA
 stratus subjectorum animos fiduciā, pietate, Zelo inflam-
 mare debent. David subditos ad Dei laudes exstimulatur
 rus, non tantū clamat, *Halelujah*, sed ut fortius eos mo-
 veat, suum ipsis exemplum imitandum proponit, subjici-
 ens: *Celebrabo Iehovam ex toto animo, in consilio rectorum & ca-*
zu. Psal. 111. 1. Josaphatus, illud cōcōlo terreq; charum caput,
 Moabitis & Ammonitis irruimpentibus, non tantū faciem
 suam ad querendum Iehovam ipse composuit: sed etiam jejunium
 toti Iehude indixit, ac Iehudeos ad requirendū opem à Iehova con-
 gregavit. 2. Chron. 20. 3. 4. Vultis & vos, magistratus, subdi-
 totis vivere probē? Probi ipsi estote: bene agendo virtuti
 vestros affuefacite. Sit vita vestra norma, ad quam suam
 dirigant subjecti. Alphonsus rex Aragoniæ & Neapolews,
 cum de subditorum moribus differeretur, dixit: *Vt herbas*
quasdam ad Solis motum, sic populares in principum mores verti.
 Videant principes & magistratus Christiani, ne pudorem
 ipsis principes Ethnici incutiant. Lycurgus non habentibus
 Spartanis leges instituit: non inventione earum magis, quām ex-
 emplo clarior. Siquidem nihil lege ullā in alios s̄anxit, cuius
 non ipse primus in se documenta daret. Iustin. lib. 3. Histor.
 Agesilaus, dux Lacedaemoniorum clarissimus, si quando a-
 liquid uellet celeriter à mihi bus peragi, id primus ipse in conse-
 ilio omnium aggressus est. Plutarch. in Apoph. Lacon. Luxus
 in conviviis, vestibus, supellecīle, familiā, ad Vespasiani
 Imperatoris tempora nimis Romæ invaluerat, nec velle-
 gibus coērceri poterat: at sponte, illo principe exolevit.
 Causam exponit Tacitus libr. 3. Annal. *Præcipuis ad strixi-*
moris author Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victusque. Ob-
sequium inde in principem, & emulandi amor, validiora quām
principum atque magistratum, qui obſtacula subditis
*opponunt, domi idololatris, hæreticis, lectariis, schismati-
 sis, libera superstitionum falsarumque religionum exerci-*
 tia.

cia permittunt, jus infringunt vel inflectunt, personas in
 judicio accipiunt, excæcari se & corrumpi muneribus pa-
 tiuntur, cultum divinum aspernantur, thesauros & æraria
 publica expilant, oves deglubunt, instar mancipiorum tra-
 ētant, atque pro lacte sanguinem merum eliciunt, comel-
 sationibus, libidinibus, ludicrisque rebus se dedunt, ac præ-
 ter inane magistratum nomen nihil retinent?

Adhæc pastores summopere sibi cavere debent, ne offendiculo sint auditoribus, quibus voce & exemplo regiam sa-
 lutis viam monstrare tenetur. Iter facienti vię ignaro charus
 est fidus viæ monstrator, & omnium charissimus ejusmodi
 ḥdyyos viæq; socius, qui non solum in viam regiam ipsum dei-
 cit, sed etiam aliquousque eum comitatur, ne aberrare ab ea
 possit. Filii Dei spirituales sunt viatores, qui per mundi de-
 seruum ad coelestem patriam tendunt. *Stricta illa via est*
que ad vitam dicit: Matth. 7. 14. & viatoribus naturā in-
 cognita. Dilucidè Propheta: *Omnes nos ut ovis erravimus,*
unusquisque in viam suam nos convertimus. Esai. 53. v. 6. In-
 eo ergo salus peregrinatorum consistit, quod Deus ipsis
 peritos, pios atque fideles ḥdyyos præfecit, qui viam istam
 non instituendo duntaxat & exhortando monstrant, sed eti-
 am exemplo præundo, & velut manuducendo, eos docent,
 quomodo calcanda sit illa via. Vigilantes & fidos pastores
 intelligo, quos duclorum titulo Spiritus sanctus dignatur,
 Hebr. 13. 17. qui non tantū auditoribus fidei suæ com-
 missis regiam ad cœlum viam monstrant, dicentes: *Hæc*
est vi illa, ite per eam, quum dexteram aut sinistram petetis.
 Esai. 30. v. 21. sed etiam primi in viam se dant, suosque in-
 ea ducunt, ab aviis eos & offendiculis præmonent, nihil-
 que eis mandant, quod ipsis promptè, fideliter, & rite primit
 non faciant. Paulus Corinthios dehortatur, *ut sint sine*
offendiculo & Iudæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei, de someti po-
 exemplum eos capere jubet: *Sicut, inquit, & egn per omnia*
 G. 3. omni-

*omnibus placeo, non querens meam ipsius utilitatem, sed multorum
out serventur. Imitatores mei estote, scut & ego Christi.* 1. Cor.
10. 32. 33. & cap. 11. 1. In militia saepe Imperatoris du-
cisse tolerantia atque fortitudo omne laboris tedium at-
que omnem mortis metum militibus abstergit, qui statio-
nem suam jamjam deserturi videbantur. C. Marium certè
Plutarchus scribit cum Metelli legatus esset in bello Ju-
gurthino, militum animos sibi devinxisse, quod eodem cum
illis pane vesceretur, humi inter illos cubaret, & in fossis
vel aggeribus ducendis operam communem præstaret, in-
que periculis ab hoste imminentibus inter primos semper
conspiceretur. His enim exemplis adducti milites, illum
sibi Imperatorem dari postulârunt, & ipse iisdem postea ad
omnes labores atque pericula promptis & strenuis usus est.
Eadem est militiae spiritualis ratio, cuius duces populo suo
verbi administratos Christus constituit. Timotheo in sacram
hanc militiam a scito Paulus, Vereranus dux, inculcat sedu-
lò illud: *Milita bona illam militiam, retinens fidem & bo-
nam conscientiam.* 1. Tim. 1. 18. 19. Hoc ipsum sibi singult
Ecclesiarum ministri accommodent, ne de ipsis, quod de
Judæorum Scribis, dici possit: *Ligant onera gravia diffi-
liaque portatu, & imponunt in humeros hominum: dígito autem
suo nolunt ea movere.* Matth. 23. 4. Summam exemplorum
bonorum necessitatem & utilitatem ipsa naturalis ac conu-
muni experientia commendat. Ut quis probè in artibus,
scientiis & opificiis humanis instituatur, & dexterè nego-
tium aliquid expedire discat, verbis facta, institutioni
praxis, & hortationibus exempla jungenda sunt. Præce-
ptores in artibus liberalibus discipulos suos erudituri, regu-
frustra tyrunculum moneret, ut rectè opificium faciat, nisi
ipse manu admotâ, rationem illud ritè tractandi præmon-
strareret. Frustra quoque præceptor scriptorius inculcat,
has

55
has literas protrahendas, illas contrahendas esse, nisi vel
calamo discipulo præeat, vel manum ejus in pingendis lite-
ris regat atque ducat. Ita tūm demum optimè & com-
modè ratio interni & externi divini cultus addiscitur, si non
hortationibus duntaxat ad eum homines extimulentur,
sed etiam exemplis edoceantur, quomodo legitimè eum
Deo præstare debeant. Qui alium ad Dei cultum hortar-
tur, nec exemplo suo ei prætit, is rem commendat, quam
quum ipse non præstet, impossibile vel supervacaneam
esse satis ostendit. Gnarum hoc Paulo, qui Timotheo
non tantum inculcat illud: *Hec denuncia & doce: sed eti-
am subjecit: Esto exemplar fidelium in sermone, in conver-
tatione, in charitate, in sp̄itu, in fide, in castitate.* 1. Tim. 4. 1 f.
12. Istam docendi rationem sancti quivis observarunt. Ipse
Sanctus sanctorum Christus suis non tantum dicit: *Petite:*
Matth. 7. 7. sed formulam quoque orationis illis præscri-
bit: *Vos ita precamini, Pater noster. &c.* Ibid. cap. 6. 9. I-
dem animi submissionem nobis commendaturus, non satis
habet dixisse: *Quisquis summisserit sese sicut est puerulus iste,
is est maximus in regno cœlorum.* Matth. 18. v. 4. sed insuper
exemplum suum ad imitandum nobis proponit: *Discite à
me quod humili corde sim.* Ibid. cap. 11. 29. Et ad fraternalē
charitatem nos extimulatus, præceptum & exemplum
conjungit: *Præceptum novum do vobis, ut alij alios diligatis: sicut
dilexi vos; ut vos etiam diligatis alij alios.* Ioan. 13. 34. Paulus
Thessalonicenses ad omnigenarū virtutum studium excita-
turus, hâc utitur ratione: *Nos metipso pro exemplari præbemus
vobis ad nos imitandos.* 12. Theff. 3. 9. Unico verbo totum hoc
exprimit Petrus, cum pastores monet ut sint exemplaria gre-
gis. 1. Epist. 5. 3. Et Apostolis suis dicit pastorum omni-
um Princeps: *Vos estis lux mundi.* Matth. 5. 14. Utin nocte
intempestâ & caliginosâ unus cum face prætit, quem reliqui
sequuntur; Ita pastorum Ecclesiæ vita instar lucernæ esse
debet.

debet, quā auditores in salutis vitaēque æternæ viā ducantur & dirigantur. In eam rem scitè Ambrosius Antistes Mediolanensium, qui neētare & ambrosiā videtur innuritus, de dignitate sacerdotali, cap. 3. *Quod sumus professione, actione potius quām nomine demonstremus, ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen inane & crimen immense.* Ne sit honor sublimis, & vita deformis. Ne sit deifica professio, & illicita actio. Ne sit religiosus amictus, & irreligiosus proiectus. Ne sit gradus excelsus, & deformis excessus. Ne habeatur in Ecclesia cathedra sublimior, & conscientia saerdotis habetur humilior. Ne locutionem simulemus columbinam, & mentem habeamus caninam. Ne professionem monstremus ovinam, & ferocitatem habeamus lupinam. Ne dignè nobis pér Prophetam respondeatur à Domino: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Ergo, fratres, sicut senatorem chlamys ornat, sicut agricultura rusticum, sicut barbarum arma, sicut nautam navigationis peritia, & singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat authores, sic episcopum non aliud nisi episcopalis opera designat: *ut ex bono opere magis quām professione noscatur.* Quid dulcius, quid utilius, quām pastorem, suā sibi integritatis & vitaē honeste actae consicium, ingeminare apud auditores posse Apostolicum illud pronunciatum: *Estatim simul mei imitatores, fratres, & eos considerate qui ita ambulant, sicut habetis nos pro exemplari.* Philip. 3. 17. Vicissim nihil tristius & inhonestius, quām ita vitam suam instituere pastores, ut jure ad eos illud Christi de Pharisæis ac Scribis applicari possit: *Omnia quæ dixerint vobis ut servetis, servate & facite: sed secundum operam eorum ne facite. dicunt enim, & non faciunt.* Matth. 23. v. 3. Sanè qui bene docent, & malè vivunt, fortius alios exemplo ad peccandum allicitur; quām bonis hortationibus à peccatis abstrahunt. Quantum verò & quām execrabilis peccatum, peccatorum expulsorem, eorum esse sua

suasorem & pastorem populi, impostorem & ἀδημόνιον, in avia errorum & scelerum homines abducere & mundi lumina, tenebras obducere & speculatorem, cives fidei suae commissos hostibus prodere? Eccur peccatum filiorum Eli, sacerdotali munere ad sua scelera & libidines abutentium, magnum valde fuit in conspectu Iehovæ? Spiritū sanctū audite: *Quia spernebant homines munus Iehovæ.* 1. Sam. 2. 17. Nimirum Israelitæ, tām effræni ministrorum Dei licentiā, à cultu Dei, & reverentiā illius abstrahebantur. Quod ipsum Eli, pater nimis in filios suos indulgens, eis exprobrat, dicens: *Quare facitis res hujusmodi? ut ego audiam sermones malos de vobis à toto populo, sermones istos?* Nequaquam filii mei: non enim bona est ista fama quam ego audio, vos avertere populum Iehovæ. Ibid. vers. 23. 24. Hoc nomine Paulus Judæoruni Doctores, Scribas ac legisperitos graviter perstringit. *Ecce, inquit, tu cognominaris Iudeus, & acquiescis in lege, & gloriaris in Deo. Et nosti ejus voluntatem, & exploras quæ discrepant, institutus ex legi auditu. Confidisque te via ducem esse cæcis, lucem eorum qui sunt in tenebris.* Eruditorem desipientium, magistrum infantium, quod habetas informationem cognitionis ac veritatis in Lege. Tituli sanè splendidi! Verū dum enim verò, dum hos sibi arrogabant Scribæ, perinde faciebant, ut magnates illi, qui earum quoque regionum se dominos nuncupant, in quas non modò nil juris obtinent, sed nec pedem inferre audent. Atque ita tituli verè tituli, immò nil nisi tituli erant, h. e. tituli sine re, adeoque inanissimi & vanissimi. Id quod Apostolus evidenter ostendit, subjiciens: *Qui doces alium, teipsum non doces? qui prædictas non furandum, furaris? qui dicas non mæchandum, mæcharis? qui abominaris idola, sacrilegium admittis? quide Lege gloriaris, per Legis transgressionem Deum afficis contumeliam?* Nam Dei nomen propter vos blasphematur inter Gentes. Rom. 2. 17. — 24. Nec defunt, proh dolor! hodie pastores, qui

qui gregi Dominico, varia & turpia scandala præbent, dum sacra negligenter & frigidè tractant; impure ac flagitiose vivunt, fræna peccatoribus laxant; turpiter lucrum afferant; oviculas morbo affectas non confirmant, ægrotas non curant, contractas non obligant, depulcas non reducunt, perunesque non requirunt; vi in gregem & per sævitatem dominantur, ac nudo duntaxat pastorum titulo superbiunt.

Denique parentes ne offendicula liberis & domesticis suis objiciant, sed iis potius pietatis & omnigenarum virtutum exemplo præluecant. Nam ut in via mandatorum divinorum progredi possint liberi, vestigiis paternorum exemplorum opus habent. Malis exemplis liberi corrumptuntur. Neq; ibi consistunt exempla, unde cooperunt. Non ad rationem, sed ad similitudinem vivunt liberi: non ratione componuntur, sed consuetudine abducuntur. Horrendum peccatum, si liberos malo exemplo corrumptant atque perdant parentes, quos Christo lucrifacere, & ad Deum adducere debebant. Duplici poenâ isti offendiculorum anthores digni sunt, tûm propter peccata commissa, tûm propter scandalum liberis suis datum. Quàm verò hoc turpe est atque damnosum, tâm proh pudor! frequens multisque parentibus familiare est. Nomen Dei temerè usurpant; obscenis, felcenninis & fœdis sermonibus assuefunt; liberos peccantes diris imprecationibus exfocrantur, cætus Ecclesiasticos negligunt vel deserunt; invidiâ, odio, iracundiâ æstuant; genio indulgent; proximum per fas & nefas explicant; calumniis, obtrectationibus & falsis testimoniis innocentes onerant; aliisque immanibus vitiis se contaminant. Immanissimum & fœdissimum monstrum diceres parentem, qui verbis filium ad ebriositatem, scortationem, furtum, aliquaque flagitia hortaretur: at si ipse peccatis his indulget, multo efficacius filij animum malo exemplo movet, quâm nudâ.

quâd præceptione. Exempla fortius movent, quâm verba. In actionibus humanis minus creditur sermonibus, quâm operibus. Aristot. lib. 10. Ethic. De nihilo non est vetus illud, & in sancto Spiritus grammatophylacio usurpatum proverbium: *Qualis mater, talis filia ejus.* Ezech. 16. 44. De Nerone Cuspinianus in vita ejus: *Nero Cæsar filius fuit Domitiæ Ænobarbi, scelestissimi viri, & Agrippina Germanici filia, tâm infelici geniturâ editus in lucem, ut pater Domitius esse atque Agrippina, nihil quicquam nisi detestabile in perniciem Reipubl. posse nasci, aperte fateretur.* Ut ex squilla non nascitur rosa, neque imbellis columba ferocem progenerat aquilam: Ita rarissime ex malo patre bonus filius. Mali corvi, malum ovum. Ex vipera rursum viperâ nascitur. De Nadabo rege Israëlis, Jeroboami impij patris, impio filio, historia sacra: *Fecit quod malum videtur in oculis Iehovæ, ambulans in via patris sui, & in peccato ejus, quo ad peccandum induxit Israëlem.* 1. Reg. 15. 26.

Hic desino, ac Concionem voto Judæ Apostoli obliguo, quod exstat versibus vicesimo quarto & vicesimo quinto Epistolæ ejus: *Ei qui potest nos custodire à lapsu immunes, & statuere in conspectu gloria sue inculpatos cum exultatione: Id est, soli sapienti Deo Servatori nostro, gloria esto & magnificientia, robur & authoritas, & nunc & in omnia secula.* A M E N.

CONCIO TERTIA

IN

M A T T H. XVIII. verl. 6.

Quisquis autem offendiculo fuerit uni ex parvis istis qui in me credunt, praefiterit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo maris.



Uum olim Samuel, Sacerdos sanctissimus & Iudex integerrimus, Dei jussu, unum ex filiis Isai regem Israelis, rejecto jam Saule, uncturus & consecratus esset, & verò Samuel oculos in Eliabum, filium natu maximum, concidisset, Deus, cui secus visum, edixit ei: *Ne respicio ad speciem ejus; aut ad altitudinem stature ejus, nam respui eum: non enim specto quod spectare solet homo, nam homo spectat quod est oculos, sed Iehova spectat quod est in animo.* 1. Sam. 16. 8. Ni sunt cogitationes meæ ut cogitationes vestræ, neq; ut viæ vestræ viæ meæ supra vias vestras, & cogitationes meæ supra cogitationes vestras. Esai 55. 8. 9. Homines in fronte oculos gerunt, nec unâ vice ea quæ antrorum & retrorum sunt, intueri possunt. At Deus ante & retrò plenus est oculorū. Apoc. 4. 6. Verissimè ut dixerit Paulus: *Non est ulla res creata non manifesta in conspectu ipsius: immo omnia sunt nuda & intimè patentia oculis ejus quicum nobis est negotium.* Hebr. 4. 13. Sol est Deus: lux est.

Ioan.

IN M A T T H. XVIII.

61

Ioan. 1. vers. 4. Ut verò quæ ad Solem exposita sunt, omnibus sunt cohsipicia: Sic oculis Dei omnia nuda sunt & intimè patentia. Quid? quod oculi Domini altissimi Sole millies lucidiores sunt, qui inspiciunt omnes vias hominum, & considerant in partes occultas usque. Sirac. 23. 25. 26. Homines aliorum facta vident, & sermones eorum audiunt; at in cor eorum non introspiciunt. Aliter Deus. Is non tantum ait: *Nevi opera tua.* Apoc. 2. 2. Neque verissimè duntaxat alibi de se pronunciat: *An Deus è propinquuo sum ego?* dictum Iehovæ; ac non Deus è longinquus? *An delitescere potest quisquam in latebris,* ut ego non videam ipsum? dictum Iehovæ: annon ocelos & terram ego impleo? dictum Iehovæ. Ierem. 23. 23. 24. Sed & ipsum cor hominis, ita malitiā, infirmitatibusque & ignoratione abundans, ut neque alii notum esse possit, neque ipsum sibi penitissimè scrutatur atque cognoscit. Ipse loquatur: *Fraudulentum cor ipsum supra omnia, & mortiferum est, quis cognoscat ipsum?* Ego Iehova scrutator cordis, probator renâ: idque ut dem cinq̄ue secundum vias suas, secundum fructū actionum suarum. Ier. 17. 9. 10. Atq; hinc est, quod longè secus de hominibus eorumque actionibus judicat, atque mortales. Ex veritate omnia aestimat: & (ut verbis Pauli utar) *judicium ejus secundum veritatem est.* Rom. 2. 2. Homines ex aliorum indicio, relatione & testimonio, judicium de proximo ferunt, adeoque saepe falluntur. Nō ita Deus. Novit omnes: nec opus est ut quisquam ei testetur de homine. ipse enim scit quid sit in homine. Ioan. 2. 24. 25. Homines ex aspectu judicant: Deus fontem ipsum omnium cogitationum, actionum & sermonum, cor, inspicit atque examinat. Hominibus impenetrabilis & invisibilis est cordis abyssus. Rotundè Paulus: *Quis hominum nōvit ea quae sunt homini, nisi spiritus hominis qui est in eo?* 1. Cor. 2. 11. Lazarus mendicus in oculis mundi inhonoratus, contemptibili, & vilis est; contradiives Epulo, magnus, honoratus, & felix. Deo abominatione.

H. 3.

minatio

minationi est Epulos apud Deum acceptissimus & gratissimus Lazarus, Luc. 16. Homines fide infirmi, fortunæ tenuioris, spiritu pauperes, demissé que de se sentientes, & in oculis suis parvi, contemptim à mundo & vilissimè habentur, tanquam purgamenta mundi, Apostolo teste, facti sunt, & tanquam omnium ramentum nunc usque. 1. Cor. 4. 13. Contrà Deus magni illos æstimat. Submissis dat gratiam. 1. Petr. 5. 5. Erigit è pulvere tenuem, è sterquilinio elevat e gentem, canente Davide Psal. 113. 7. Extollit humiles, succinente Mariam. Beorðne. Luc. 1. v. 52. Exstimatorum impii, quicquid injuriarum piis, humilibus, infirmis, pusillis inferunt; id totum à Deo negligi: quin & in apertum Dei & submissorum animo contemptum prolapsi, ferreo ore dicunt: Quomodo cognoscet hæc Deus? aut quomodo esset notio horum in celo? Psal. 73. 11. Longè fecus Christus, hic. Disertè & graviter affirmat, eis qui offendiculo fuerint uni ex parvis in ipsum credentibus, præstare ut mola asinaria suspendatur in collo eorum, ac demergantur in profundo maris. Nempe gravior poena iis qui offendiculo fuerint parvulis parata est, quam ea est quæ hic commemoratur. Nuper ipsam Christi dehortationem interpretatione nostrâ illustravimus, ac parvis offendiculum non esse objiciendum, dilucide demonstravimus: jam porrò rationes gravissimas, dehortationi subjectas, expendemus. Harum

I^{ma} sumpta est à causa impulsiva: Qui in me credunt.

I^{ma} ab effectu noxiō: Præstiterit ei ut mola asinaria &c.

Faxit Dominus Iesus, ut quam hæc hortatio nobis omnibus utilis est atque necessaria, tam ea corda nostra feriat. AMEN.

R A T I O

R A T I O P R I M A,

à causa impulsiva,

Exprimitur hisce verbis: Qui in me credunt. Atqui credentibus in Christum nemo offendiculo esse debet: quin potius fide infirmi assumendi sunt. Rom. 14. 1. Ergo, inquires, impunè offendiculum præbere licet alijs, qui non sunt parvi, nec in Christum credunt? absit. Christiani nulli, sive is credens sit, sive incredulus; minimus vel maximus; firmus vel infirmus; puerulus, aut adultus; vita, factis, verbisve scandalum ponere debent. Paulum audi: Estote sine offendiculo & Iudeis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei. 1. Cor. 10. 32. Quod verò sanctus Apostolus alios docuit, idipsum exemplum demonstravit: Nullam, inquit, ullam in re præbemus impingendi causam, ne vituperetur ministerium. 2. Cor. 6. 3. Mundi lumina sunt Dei filij: quorum aures animique perpetuè circumsonare debent hortatu Apostolico: Estote inculpati & simplices, Dei, inquam, filij inculpati in medio gentis pravae ac perversæ: inter quos homines splendetis ut faces in mundo. Philip. 2. v. 15. Toto animo omniq[ue] studio in id incumbere tenentur pijs, ut fide ac pietate suâ impios atque incredulos Christò lucrifaciant. Ab hac causa Christus clamat: Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, glorificantque Patrem illum vestrum qui est in celis. Matth. 5. 16. Aliud animam Christus intendit. hæc ratione nostræ vult mederi superbiæ, quæ scandali perpetrandi causa esse solet: dum videlicet pusillos in Christum credentes, tanti non esse faciendo arbitramur, ut propter eos quicquam vel fieri vel omitti debeat. Quidnam verò parvi isti sunt, qui in Christum credunt? Lutherani per eos intellegunt infantes piorum, quibus omnibus fidem in Baptismo & pœnum dari aijunt. Quod falsum. Testatur enim Scriptura

ptura sacra, infantes non cognoscere discriminem boni & mali, Deuter. 1. vers. 39. non nosse discriminem inter dexteram suam & sinistram suam. Ion. 4. 11. Adeoque actuali intelligentia & cognitione carent, quam tamen fides actualis, tanquam notitia rerum credendarum, necessariò supponit. Adhæc si fide actuali prædicti essent infantes, ea ortum duceret, vel ex auditu verbi divini, vel ex internâ revelatione immediate à solo Deo factâ. At verò neutrū admitti potest. *Auditus enim verbi, ex quo fides est,* Rom. 10. 17. exigit intelligentiam, & attentam considerationem cum reverentia conjunctam, cuius infantes per ætatem nondum sunt capaces. Sed nec posterius admitti potest. Nam si ex immediata Dei revelatione fides oriatur, modus ille patefactionis extraordinarius erit, atque ob id rarissimus. Si verò omnes piorum infantes habeant fidem ex tali revelatione, modus jam ille patefactionis erit ordinarius, adeoque frequentissimus: sicutque duo diversa erunt media conferendæ fidei. Sed nec cum illis facimus, qui infantes in Baptismo fide parentum justificari contendunt. Nam si ita se res haberet, sequeretur necessariò, aut justificationem non esse unum & individuum actum: aut verè justificatum aliquem non esse efficaciter vocatum: aut denique justificationem præcedere vocacionem: quæ omnia absurdâ sunt. Ratio connexionis patet. Nam ubi semel per fidem parentum justificati sunt infantes, atque ex sententia justificationis peccatorum omnium remissionem obtinuerunt, accedente propriâ fide, rursus justificantur, præsertim quum stet illud Prophetæ: *Iustus ex fide sua vivet.* Habac. 2. vers. 4. Cui consonant illa Christi, tûm ad Paralyticum: *Confide fili, remissa sunt tibi peccata tua.* Matth. 9. v. 2. tûm ad Centurionem Capernauicum: *Vt credidisti fiat tibi.* Ibid. cap. 8. v. 13. Si hoc negent adversarij, utique fides eorum propria superveniens esset supervacanea, quum nulla sit condemnatio ijs qui jam sunt in Christo

Christo Iesu. Rom. 8. 1. cujusmodi sunt justificati. Adhæc sequeretur justificatum aliquem non esse efficaciter vocatum, quum nulla vocatio efficax esse queat sine mentis renovatione per fidei habitum. Est enim terminus vocationis ipsa fides. Atque sic unus ex annulis aureæ catenæ salutis rumperetur & tolleretur: *Quos Deus vocavit, eos etiam justificavit.* Rom. 8. 30. Denique ex hoc sequeretur, justificationem priorem esse vocatione, si ex fide parentū infantes justificantur. Nam fide propriâ donantur, cùm jam adoleverunt: quæ tamen fides nemini nisi in & ex vocatione efficace contingit. Certè quum vocatio sit mutatio & translatio hominis ex statu miseriae & corruptionis, in statum gratiæ; illi qui semel ex fide parentum justificati sunt, non amplius transfetri possunt ex statu miseriae ad statum gratiæ, ut qui per justificationem jam in statu gratiæ sint constituti.

Christus de ejusmodi *parvis in se credentibus* loquitur, quibus offendiculo aliquis potest esse, h. e. qui malis dictis aut factis à fide & recto pietatis cursu averti poslunt: quod in infantes non cadit, quum actuali intelligentia nondum sint prædicti. Neque tamen infantes Christianorum propterea incredulis seu infidelibus accensemus. Nam donati sunt Spiritu sancto, qui fidei est author, unde *Spiritus fidei cluet;* 2. Cor. 4. v. 13. & *fides fructus Spiritus exprensè appellatur.* Gal. 5. 22. Quamvis ergo nondum credant infantes *evangelia,* ut adulti; *duoque* tamen credunt, propter Spiritum sanctum fidei effectorem habitantem in eis. Esse autem infantes fidelium Spiritu sancto præditos; negari ab ijs, qui micam sanæ mentis & veræ pietatis habent, non potest. Quid clarius, quid nervosius illo Pauli testimonio: *Quod si quis Spiritum Christi non habet, is non est ejus.* Rom. 8 v. 9. Atqui infantes sunt Christi; qui illis à se servatis, vitam æternam adjudicat. Ipsum os veritatis audite: *Sinite,*

inquit, puerulos venire ad me, & ne prohibete eos. talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quicunque non exceperit regnum Dei ut puerulus, nequaquam in id ingredietur. Marc. 10. v. 14. 15. Adhac in federe gratiae continentur infantes, quod Deus cum fidelibus ipsorum parentibus, atque adeo cum ipsi sicut init. Loquitur formula federis: *Stabilio (verba sunt ipsius Dei) fedus meum inter me, & te, ac semen tuum post te per aetates suas, ut fedus sit perpetuum: me esse tibi Deum, & semini tuo post te.* Gen. 17. 7. Nec aliter Petrus, summam istius federis repetens: *Vobis facta est promissio, & liberis vestris, & omnibus longe post futuris, quoscumque videlicet advocaverit Dominus Deus noster.* Act. 2. 39. Quapropter ut inter bestias rationis expertes non sunt censendi infantes recens nati: nec inter steriles arbores arbustulæ primùm plantatae, & bonos fructus suo tempore prolatuæ: Ita nec infantes federatorum Dei in numerum infidelium referendi sunt, sed fidelium, utpote suo tempore credituri. Sic Mahumetanos & Iudæos nuncupamus, non solum adultos, sed etiam infantes eorum, etiamsi per aetatem nondum intelligent, in qua fide sunt, nec sciant quis fuerit Mahumetes, aut quis sit Iudæus. Nec dubium est, quin infantes pro aetatis suæ modulo à Spiritu sancto regenerentur. Ideoque sancti appellantur. Clarissimè Apostolus: *Si radix sancta est, etiam rami.* Rom. 11. 16. Rursus simili sermonis limpida: *Liberi vestri sancti sunt.* 1. Cor. 7. 14 De Ieremias Deus: *Quum nondum, inquit, prodisses ex vulva, sanctificavi te.* Ierem. 1. 5. De Joanne Baptista Lucas Euangelista: *Et factum est ut audivit Elisabeta salutationem Marie, subsiliuit fetus in utero ejus, & repleta est Spiritu sancto Elisabeta.* Luc. 1. v. 41. Nempe ita de eo prædixerat Angelus Domini: *Spiritu sancto implebitur etiam à ventre matris sua.* Luc. 1. 15. A diverticulo ad textum redeo. *Parvi in Christum credentes sunt;* 1. Etate tales, qui annos non multos nati, non nihil.

nihil fide in Christum imbuti sunt. Talis puerulus hic. Commemorat enim Euangelista, eum *advocatum esse, & à Christo constitutum in medio Apostolorum.* Matth. 18. vers. 2. *Advocatum venire, & in medio discipulorum stare posse,* certè non est ejus pueri, qui omnino sit infans. Et quum res hæc gesta sit Capernaumi, in ædibus Petri, in quibus Christus sæpen numero comparuit & aliquandiu commoratus est, ipsamque Petri socrum in lecto projectam ac febricitantem miraculosè sanavit, credibile est, puerum hunc in fide Christi non nihil institutum fuisse, quantum per aetatem licuerit. In horum credentium puerorum censu fuerunt illi de quibus Matthæus: *Quum vidissent primarij Sacerdotes & Scribe miranda illa quæ fecerat Iesus, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna filio David, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicant? Iesus autem dixit eis, Etiam nunquam legistis, ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* cap. 21. 15. 16. Jam ista acclamatio puerilis anno egregiam referebat de Christo fidem? Talis pusillus Timotheus extitit, de quo Paulus: *Tu à pueris sacras literas nosti, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu.* 2. Tim. 3. 15. Et hoc quoque de puerulis dici potest, quibus Ioannes scribit: *Scribo vobis, pueruli, quoniam nostis Patrem.* 1. Ioan. 2. v. 14. Erant enim hi liberi Christianorum, atque ideo instituti in fide Christi, ac certè tales, quibus scribi potuit. Ac experientia magistrâ sci mus, sæpe pios quosdam puerulos verâ firmâque fide Christo adhærescere, in afflictionibus efficaciiori se solatio ex Dei verbo erigere, ac solidiori tolerantiâ morborum vim & angores cordis superare, quam multos senes. 2. *Credunt quoque in Christum alij parvuli.* Sunt parvuli affectu & judicio proprio, humiliiter de seipsis sentientes. Samuel ad Saulem dicit: *Nonne quū parvulus videbaris in oculis tuis, caput tribuum Israelis fuisti; & unxit te Iehova in regem super Israelem?*

1. Sam. 15. 17. Verum quum insignis hypocrita fuerit Saul, evidentera exempla afferam. Quam parvus in oculis suis fuit Salomon, Regum omnium, quos unquam usquamque Sol contutus est, sapientissimus & splendidissimus? Nunc inquit, *Iehova Deus mihi*, tu constitui me servum tuum regem loco Davidis patris mei: quamvis ego puer parvus nesciam procedere & redire. 1. Reg. 3. 7. Sic de se Jeremias, divinitus ad Propheticam functionem vocatus: *Ah ah Domine Iehova, ecce nescio loqui; nam puer sum*, ac proinde ad verba tua proloquenda infantissimus, & praestanda infirmissimus. Ierem. 1. 6. Sunt etiam parvuli aliorum existimatione: ut plerumque pii ac credentes, parvi & contemti esse solent in oculis mundi. Paulus eos nuncupat, *Stulta mundo, infirma mundi, ignobilia in mundo, & pro nibilo habita.* 1. Cor. 1. 27. 28. Sunt denique parvi & infirmi in fide atque pietate. Atque de his infirmis Christianis in ipsum credentibus non offendit Christus propriè hic loquitur: quemadmodum & Paulus de iisdem vitio nostro non scandalizandis, sed potius assumendis & edificandis, prolixè disputat Rom. 14. & 15. capp. Nimirum uti prudens oeconomus in domo dispensat dimensionem cibariorum & laborum: Ita Deus coelestis Paterfamilias fidem. Neque enim omnibus & singulis suis domesticis æquali mensurâ fidem admetitur. Paulus sapere nos jubet ad *sobrietatem, prout cuique Deus partitus est: mensuram fidei.* Rom. 12. 3. Deus non nullis quinq; talenta, aliis duo, quibusdam unum, ad negotiandum ex eis tradit, unicuiq; secundum ipsius facultatem. Matt. 25. 15. Hunc firmâ, illum infirmâ hanc magnâ, illum parvâ fide donat. Paulum tantâ Deus fide coronavit, ut triumphum hunc lætissimum ex omnibus inimicis & adversis agat: *Mibi persuasum est, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque presentia, neque futura: neque sublimitatem, neque profunditatem, neque ullam rem aliam conditam posse nos separare.*

rare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Rom. 8. 33. 39. Contrà pater Lunatici suspirat, & flebile illud ingeminat: *Credo, Domine: succurre incredulitati meæ.* Marc. 9. 24.

Ulus I. ad παιδείαν.

QUAM chara nobis est animæ salus, tam studiosè caveramus, ne uni ex parvis in Christum credentibus offendiculo simus. Ne um quidem; Etenim ne unica quidem anima cunctis totius mundi opibus redimi potest. Unius parvuli salus, pretiosior est omni bus terrenis thesauris. Etiam qui minimus in nostris videtur oculis, Dei est filius, Christi frater, sancti Spiritus templum, & haeres regni coelestis. Quare quisquis offendiculum illi objicit, enim malo exemplo à fide, ac consequenter à Deo & salute avertit, gravissimè in Deum Trin-unum peccat, ejusque peculium perdit. Viva fides animæ est oculus, quo Christum, justitiae Solem salutisque authorem, omnes in ipsum credentes, ad salutem intuentur. *Conspicere Filium Dei, & in eum credere*, in Spiritus sancti grammatophylacio æquipollent. Ioan. 6. 40. Væ ergo illis, qui malis exemplis oculum isthunc parvulis eruunt, obseurant, obnubilant, eosque execrant, quominus Christum rectè intueri possint. *Oculum* lädentis pro oculo läso, ex lege talionis, Deus jussit lädi & erui. Exod. 21. 24. Ergo in æternas conjicientur tenebras, omni que felicitatis & lætitiæ luce privabuntur, qui offendiculum parvis in Christum credentibus ponentes, oculum fidei eis eripiunt, vel saken inobscurant. Fides est pes animi, quo ad Christum pergunt pusilli. unde per fidem ambulare dicimur. 2. Cor. 5. 7. Inhumanam igitur crudelitatem in pusillos exercent, qui offendiculum eis in via mandatorum Dei objiciunt, ad quod impingant aut labantur, sive diligunt illud, sive factis faciant. Manus cordis est fides,

C O N C I O T E R T I A

quà pusilli Christum apprehendunt & tenent. Quare impune non ferent, qui manu hac spirituali eos truncant. Evidente, animumque adverte parentes, præceptores, pastores, magistratus, & quotquot alijs facem fidei atque pietatis præferre tenemini. Quoties accidit ut pueri & adolescentes præclara fidei, modestiæ & timoris Dei specimina edant, ac in spem optimam natos se esse reaple ostendant, strenueque in via virtutis pergant? Verum ubi vident parentes, præceptores, aliosque sibi præfectos ebrietati, adulterio, scortationi, turpiloquio, otio, fraudibus, mendaciis, Dei, verbi veritatis ejusque ministrorum contemptui, aliisque sceleribus deditos atque occupatos esse; graviter fides ipsorum quassatur, cursus impeditur, quin & vitiorum viam facile ingrediuntur. Eapropter monito Paulino parentes, *ad humiles nos & humilia demittamus.* Rom. 12. 16. Cui comode & illud ejusdem Apostoli attexo: *Debemus nos, qui sumus, infirmitates imbecillorum portare, ac non indulgere nobis ipsis.* Ibid. cap. 15. 1. Hortatum suorum memor Paulus, de se pronunciat: *In omnibus ostendi vobis oportere sic laborando suscipere infimos.* Act. 20. 35. Exemplo Christi Servatoris, ne arundinem quassatam fidei eorum, quorum nobis cura delegata est, frangamus: sed potius fidei, pietatis, ac virtutum bono exemplo erigamus, confirmemus, sustentemus: *Ellychnium fumigans fiduciæ ac probitatis infirmorum ne extinguamus: sed consolationis, exhortationis, fideique & pietatis exemplo, cœu oleo infuso, accendamus & foveamus, ac tanquam emunctorio, mundemus.* Esai. 42. 3.

Usus II. ad παράκλησιν

Solidum hic & efficax solarium habent pusilli & infirmi fide, quo sustentare se possunt, ne conscientia imperfectionis & imbecillitatis suæ opprimantur. Non fastidit neque

IN M A T T H. XVIII.

que abjicit Deus pusillos, sed assiduum atque solicitam pro eis curam gerit. *Credunt enim in Christum.* At oculi ipsius speulant ad fidem. Jerem. 5. 3. Strictum Apostolus: *Fieri non potest ut absq; fide quisquam Deo sit gratus.* Hebr. 11. 6. Fides vera illa nuptialis vestis est, quà induiti cum Christo accumbunt, & æternum servantur. De quo ne quis ambigat, ipsum Servatorem testem sisto: *Quisquis credit in Filium Dei, non perit, sed habet vitam æternam.* Ioan. 3. 16. Nec obstat fidei exiguitas atque infirmitas, ac regenerationis imperfectio. Nam exigua & infirma fides, dummodo vera illa sit atque sincera, totum Christum cum omnibus ipsis beneficiis apprehendit: quemadmodum æquè puer aureum nummum languida & imbecilli manu tenet, atque adultus validâ, licet non ita firmiter: Et qui oculum habet vitiatum, non minus solem videt, atque visu valentissimus aliquis. Evidenter sacra Scriptura nuspianum dicit, eum duxtaxat qui magnâ atque firmâ fide credit, servatum iri, sed simpliciter: *Quisquis credit in Filium, habet vitam æternam.* Ioan. 3. vers. 36. Imò ut ἀλιγοντες animum addat, & hoc disertè ex ore Christi affirmat: *Amen dico vobis, si habeatis fidem quantulum est granum sinapis, dicetis huic monti, Transpreditor hinc illuc: & demigrabit: & nihil impossibile vobis erit.* Matth. 17. vers. 20. Nimis uti granum sinapi æquè perfectè est substantia, atque granum hordei, filigenis, tritici, aliorumve majorum leguminum: Ita exigua fidès non minus vera fides, quà magna. *Majus & minus non variare speciem;* tritum atq; celebratum in scholis philosophorum est axioma: Homines tamen brevis quàm proceræ staturæ ex aequo naturam & definitionem hominis participant. David adolescens brevis staturæ, itidemque Zacchæus staturæ parvus, & Goliathus gigas monstruose magnitudinis, non aliter, quà homines, distinguuntur quàm gradibus quantitatis. Ita fides languida & firma, parva & magna, non est diversa specie fides, sed ea demum

C O N C I O T E R T I A

eadem, & differt tantum modis seu gradibus. Aliud est rei essentia, aliud eidem accidens quantitas, quæ illa manente, variare potest. Exigua fides, vera quoque est fides, dummodo in unum Christum feratur, nec ab eo aberret. Ac proinde non minus obtinet, quod ad reconciliationem cum Deo, remissionem peccatorum & vitam æternam, quam fides firmissima, licet non ita efficaciter intus Deum propitium semper sentiat, ac cum varijs dubitationibus colluctetur. Annulus aureus, cui insertæ sunt gemmæ pretiosissimæ, vel insignis aliquis thesaurus, suum non amittit pretium, vim & efficaciam, sive ipsum ferat & habeat hominum maximus, uti ipsus Simson, vel minimus, ut Samuel puer. Neque à magnitudine ejus, qui illum possidet majorem pretij ac virtutis capit quantitatem, nec exiguitate ejus qui illum obtinet, quicquam derogatur annuli vel thesauri dignitati atque pretio. Nobilitas, inquam, possidentis annuli pretium non nobilitat, nec ignobilis obtinentis facit vilescere thesauri aliquis amplitudinem. Ita eadem est ac manet vis, idemque pretium thesauri, quem amplectitur & obtinet fides, sive infirma illa sit, sive firma. Thesaurus autem & gemma pretiosissima palæ fidei inclusa, est Christus Jesus, ejusque sacro-sanctum meritum, cum omnibus donis & bonis salutiferis. Hæc gemma sive fide apprehendatur & gestetur exiguâ, sive magnâ & firmâ, suam tamen sibi servat dignitatem atque virtutem, quæ fidei imbecillitate non infirmatur, nec magnitudine amplificatur. Quemadmodum iterfacientium ad emporium alij ætate fessi, alij itinere defatigati, alij virium imbecillitare aliâ affecti, tardius progrediuntur, alij vero ætate vigentes, firmi, & celeres, periodum viæ suæ citius conficiunt, & tandem tamen omnes ad eamdem metam perveniunt: Eodem modo non tantum ij, qui ætate & viribus fidei robustiores præcellunt, sed etiam ipsi infirmi si de, onerati, defatigati, in cursu aliquorū labantes, ad coelestem

I N M A T T H . X V I I I .

stem æternæ vitæ patriam pertingunt. Imbecilles quidem per varios casus, & obscurius, at fide Christi robusti evidenter & majori cum fructu procedunt. Quod vero virium infirmæ fidei deest, id divina potentia explet. Ideo Paulum suæ sibi infirmitatis conscientem, illique ingemiscentem, Deus laeto hoc & solido erexit solatio: *Sufficit tibi gratia mea: nam potentia mea per infirmitatem consummatur.* 2. Cor. 12. 9. Parentum terrenorum ea est σογῆ, ut debiles, ægrotos, adhuc lactentes infantes, quorum manus, pedes, & cætera membra nondum sunt firmata, non abjiciant & repudient, sed præ reliquis firmioribus & adultioribus liberis vehementiore amore amplexentur, solicitudine majore curent, in oculis & delicijs habeant, gestent, manu ducant, ac cum illis lusitent. Deus vero ipse se nomine non *Patris* duntaxat, Malach. 1. 6. sed etiam *Matri* insignivit. Elai. 49. v. 15. Quayto Deus infinitior, tanto major & perfectior pater-nus ejus in nos amor, materna tanto ardenter σογῆ. Ipsum audite: *Quid si dicat Tzÿon, dereliquerit me Iehova, & Dominus oblitus est mei: An oblivisci potest mulier foetus sui, ut non misereatur filij uteri sui? etiam hæc oblivisci possint, tamen ego non obliuiscar tui.* Ibid. Matres foetus suos portant, cùm per primæ ætatulæ teneritudinem incedere nondum datur. At Deus per omnes ætatis gradus, ad extremam usque senectam, eadem benignitate suos complectitur, & sempiternâ clementiâ fovet. Huc respiciunt isthæc: *Auscultate mibi domus Iacobii, totumque residuum domus Israëlis; qui bajulamini inde ab utero, qui gestamini inde à vulva: & usque ad senium ego idem, & usque ad canitatem ego portaturus sum: ego feci, & ego gestabo, ego inquam, portaturus sum & erupturus.* Ibid. cap. 46. v. 3. 4. Summâ, quum inmajori solicitudine & curâ imbecilles Dei filij indigeant, patris amorem & partes utique non deponit, sed imbelles suos filios habet commendatissimos. Quod ipsum dilucidè Regius Vates expressit: *Vt miseretur pater filiorum, miseretur Iehova.*

C O N C I O T E R T I A

Iehova timentium ipsum. Nam ipse novit flagitium nostrum, membra pulvrae nos esse. Pial. 103. 13. 14. Nos interea votum nostrum Apostolico jungamus, ac identidem ingeminemus illud: Domine, adauge nobis fidem. Luc. 17. 5.

S E C U N D A R A T I O,
ab effectu noxio,

Exponitur hisce verbis: *Praestiterit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo mari. Homines in omnibus suis sermonibus atque actionibus invigilant & inferunt commodis, damnum, quoad ejus fieri potest, evitant & avertunt. Huc ergo animos auresque advertite scandalorum authores, ac quam horribilis & cruentabilis vos poena maneat, diligentius paulo expendite. Ipsum veritatis os, Christus Jesus, qui & Index vester futurus est, sic intonat: Praestiterit ei &c. Argumentum hoc sumptum est à poenae magnitudine, aeterno videlicet exitio, habetque Cuygeitiv poenarum futuri judicij, & praesentis sculi. Et ut illas atrocissimas esse indicet, sumit ex hoc secundo dirissimum poenæ genus, videlicet submersionem in aqua, quod respectu infernalium poenarum leve sit. q. d. Tolerabilius effet scandalorum authoribus atrocissimum submersio supplicium in hoc mundo sentire, quam aeternas poenas apud inferos experiri. Duo hinc distincte & sigillatim breviiter perstringemus & attingemus: I. Quale hoc supplicium fuerit, explicabimus. II. Cum aeternis illud poenis comparabimus.*

1. *Quod ad supplicium ipsum; illud exprimitur, & extebat, quod facinorosi in profundo mari demergebantur. Suberonymus ad hunc locum: Quod dixit Christus: Expedit et ut suspenditur mola asinaria in collo ejus; secundum ritum provincie ejus.*

I N M A T T H . X V I I I .

ejus loquitur: que majorum criminum ista apud veteres Iudeos pena fuerit, ut in profundum ligato saxe demegerentur. Tale supplicium crudeles & perfidi Ioppenses, praeter eorum meritum, sumserunt de Iudeis, quod ex authore libri secundi Machabaeorum transscribere haud pigebit: Ioppenses hoc tam impium facinus consummaverunt, quod hortati Iudeos qui secum habitabant ut cum uxoribus liberisque in scabhas a se comparandas concenderent, quasi nulla adfuisse contra eos animorum diritas. Quum illi ex communi civitatis decreto accepissent legem, ut pacem colere volentes & nullam habentes suspicionem, submerserunt eos scaphis in altum proiectos, qui ducentis non erant pauciores. Idem etiam Iamnienses perfidere voluerunt in Iudeos inquininos. cap. 12. v. 3. 4. 8. Ita piratae captos a se submergere solent. Hispani sanguinarij & truculenti, Anno 1572. occupata Zutphaniæ, circiter quingentos innoxios incolas, de ponte præcipitos, in Isala fluvio submerserunt. Petr. Bor. lib. 6. Histor. Belg. fol. mihi 303. Tale quippiam in parricidij poena fuit constitutum, quo aliquis nefariè occiderat parentes, avum, aviam, fratres, sorores, filium, filiam, patruum, amitam, nurum, generum, uxorem, aliosque cognatione aut affinitate junctos. Lex ab Imp. Constantino Aug. lata ita sonat: Si quis parentis, aut filii, aut omnino affectio- nis ejus que nuncupatione parricidij continetur, fata properaverit, sive clam, sive palam id misus fuerit, paenam parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alijs solemnii poenæ subjegetur, sed insutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, & viperâ & simili, & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium contuberniis miscetur: & ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnum projiciatur: ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Codic. Lib. 9. Tit. 17. de ijs qui parentes vel liberos occiderunt. Adscribam hinc quoque ea quæ Alexander ab Alexandre, jurisperitus Neapolitanus, & genialium dierum

Author, de hoc submersionis suppicio tradit libr. 3. cap. 5.
*M. Maleolus matre interempta, Romanorum primus parricidij
 damnatus, insutus culeo in mare precipitatus fuit. L. deinde
 Hostius, post secundum Punicum bellum, parricidij insimulatus, pa-
 ri suppicio necatus & concreciatus, pœnas dedit: Mansitque hæc
 pena in parricidas ad hæc tempora: culeo enim gallus gallinaceus,
 simia & viper a cum homine insutur, & in flumen vel mare detru-
 ditur: ut in rixa infensorum animalium fœda laceratione corporis,
 ob tantæ sceleris immanitatem dire cruciatus vulnere interimatur:
 utque ab omni elemento repudiatum cadaver irrequieto labore &
 perpetuis fluctibus agitetur.*

*Modus agendi hic fuit; Suspendebatur mola asinaria in oot-
 lo ejus, atque ita demergebatur. Iudæi duplices habebant
 molas: Aliæ leviores, & trusatiles, hominum manibus &
 vi brachiorum circumagebantur; quas nos vocamus
 queernen vel handmenlens: de quibus Christus: *Dux
 erunt molentes in pistriño, una accipietur, & altera relinquetur.*
 Matth. 24. 41. Græcæ enim & Barbaræ mulieres molebant
 & coquebant. Plutarch. in libr. problem. Aliæ molæ
 graviores, jumentariæ dictæ, ab asinis, aliisque jumentis,
 quibus oculi obvelabantur, in gyrum agebantur; quas nos
 rosmēulenlens / quum equi eas versent, appellamus. As-
 i. 11. Molas aquarias, h. e. aquâ versatiles, ante Iustiniani
 tempora, in usu non fuisse, testatur Offilius. Hic de mo-
 le gravioris seu jumentariæ lapide sermo est. q. d. *een eselg*
 gravior est & crassior, quam mole trusatilis. Alii tamen exi-
 stimant, respici ad inferiorem lapidem mole, qui crassior es-
 se solet, & superiori substernitur. Vocatur autem inferior
 hic lapis *ōros, asinus*, tūm quia instar asini ignavus, segnis
 & quietus est; superiori celerrimè volante: tūm quia
 superiore, qui circumagitur, sustinere cogitur:*

tūm

tūm quia plus atteritur: tūm quia majori sumptu com-
 mutatur. Vide Lexicon Iuridicum Sim. Schardii, ad vo-
 cem, *Mola asinaria*, pag. mihi 588. col. 2. Utrumque huc
 quadrat. Eiusmodi enim gravis lapis ex collo ejus qui
 demergendus erat in maris abyssum, suspendebatur, ut indi-
 caretur, indignum esse facinorosum, qui unquam Solis hu-
 jus aut aëris beneficio frueretur.

Usus ad διδασκαλίας.

Hinc duo de suppliciis facinorosorum scitu necessaria &
 utilia discimus.

I. Non licita, duntaxat illa esse, sed etiam necessaria, i-
 mandata Deo in Veteri atque Novo Testamento mandata. De
 quo ut pleniùs & planiùs constet; sciendum pœnam seu
 supplicium Jureconsultis esse delictorum coercitionem, ad
 publicam tranquillitatem conservandam, emendationem
 & torrem nocentium, afflictorumque solatium, introdu-
 ctum. Causa ergo infligendorum suppliciorum est, tūm e-
 mendatio illorum qui deliquerunt, tūm exemplum. Nam
 pœna unius, exemplum est multorum, & cæteros à simili-
 bus facinoribus deterret. Id quod adeò verum est, ut
 eamdem ob causam in feras quoque & bruta animalia, ut
 in bovem cornupetam, pœna Lege Dei constituantur; Exod.
 21. v. 28. 29. & legibus civilibus in pecus Sodomiticum.
 Vide Damhouderii praxin criminalem, cap. 98. num. 14.
 15. pag. mihi 290. Postremo suppliciorum causa indicatur
 afflictorum solatium, ut illi suppicio adversarii contenti
 & acquiescant, nec propriæ vindictæ causâ aliquid moliantur;
 quod in reipublk. perniciem vergat. Magnus hic & apertus
 est consensus inter jus civile & legem divinam. Loquitur
 supplicium *submersionis*, quod de atrocissimis peccatoribus
 & facinorosis sumptum fuisse Christus, omnis juris legitimi-

CONCIO TERTIA

mi author & interpres certissimus, testatur. In Veteri Testamento Deus hoc fine Magistratum gladio armavit: Qui, inquit, effundit sanguinem hominis, per hominem sanguis illius effunditor. Gen. 9. 6. Hic magistratus autoritatem Deus sancit, ut homicidæ, præviâ causæ legitimâ cognitione, à judice poenâ capitali plectantur. Neque enim per quemvis hominem, sed per eum qui gladio divinitus armatus est, hoc est, per magistratum, homicidæ capitaliter sunt interficiendi, in infinitum homicidiorum licentia daretur. Soli magistratus, quos deorum titulo supremus Iudex dignatus est, Dei hic vices sustinent. Psal. 82. v. 6. Eamdem legem Deus per Mosem, Legislatorem suum vicarium, repetit: *Quoniam quis arrogaverit contra proximum suum occidere eum astu; etiam ab altari meo rapito eum ad mortem.* Exod. 21. 14. Imò tam serio rem hanc Deus agit & urget, ut maledictionem Legem hanc negligentibus magistratibus iminetur: *Maledictus qui cohibet gladium suum à sanguine.* Jerem. 48. 10. Acne quis regerat, supplicia capitalia in Christum ipsum audiat, dicentem Petro gladium temere Matth. 26. 52. Hoc Christi dicto sanctitur gladius Magistratus. Si enim homicidæ gladio perire debent; utique dicet: cum privatis gladium non liceat accipere. De Magistratu propriè dici non potest, quod gladium accipiat & que commissum. Idem voluit Ioannes, dicens: *Si quis gladio occiderit, oportet eum gladio occidere.* Apoc. 13. verf. 10. inquiens: *Magistratus non sunt metui bonis operibus, sed malis.* Vis autem non metuere potestatem? quod bonum est facito, & laudem

IN MATTH. XVIII.

& laudem ab ipsa obtinebis. Dei enim minister est tuus bono. Quod si feceris quod malum est, metue: non enim frustra gladium gerit. nam Dei minister est, vindicta ad trax ei qui quod malum est fecerit. Röm. 13. 3. 4. Idipsum catilæ publicorum suppliciorum, quæ lege Dei exprimitur, clamant. Ex pluribus tres haec præcipuas damus. 1. Ut reis celorum suorum meritas exsolvant poenas, corpusque peccati in ipsis aboliantur & cesserent. Sic de blasphemio & apostasie auctore dicitur: *Obrue eum lapidibus, ita ut moriatur: quia quassvit te deplere à Iehova Deo tuo, qui eduxit te à terra Ægypti è domo servorum.* Deuter. 13. 10. Animam enim Iehovæ adhaerentem perdere, stantem in fide dejicere, & in Deo viventem in horrendam mortem dare præcipitem, atrocissimum est scelus. Meritis ergo poenis expiandum coram hominibus significatur. Unde & latro conversus in cruce ad socium, qui Christum blasphemabat, dicit: *Ne Deum quidem tu times, quum in eadem sis damnatione?* Et nos quidem justi: nam digna factis recipimus. Luc. 23. v. 40. 41. Causam isthanc evidentius exprimit poena in delictis talionis, ubi vita pro vita, oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, pes pro pede deponi jubetur. Deut. 19. 21. 2. Ut auferatur malum à medio populi. Deut 13. v. 5. Exempli gratiâ: Homicidio perpetrato, Deus non duntaxat homicidæ, sed universo quoque populo, quasi ipse malum concius esset, infensus est. Loquitur Lex de expiatione cædis, auctore incerto. Deut. 19. 21. v. 1. & seqq. Solius Hacanis anathema toti Israëlico populo imputatur, Deusque non modò in Hacanem, sed universum populum excandescit, atque istius mali tollendi ratio in unica Hacanis morte fuit posita. Significanter Spiritus sanctus: Hacane supplicio affecto, aversus est Iehova à furore iræ sui. Ios. 7. 26. Atque hac de causa Deus cædis reis omnem redemtionem præcedit. Lex ita format: *Ne accipitote redemtionis pretium pro illo occisore qui sonat.* sit di-

fit dignus morte: sed omnino morti traditor. Ne quidem accipitote premium redemptionis ab eo qui effugit in civitatem receptus sui, ut revertatur ad habitandum in suam terram, donec mortuus fuerit Sacerdos maximus: ut non contaminetis terram ipsam in qua eritis; quia sanguis iste contaminaturus esset hanc terram: pro ea autem terra fieri non posset expiatio à sanguine qui effusus esset in ea, nisi per sanguinem effundentis eum. Neque polluit terram ipsam in qua residebitis, in cuius medio habitatus sum: nam ego Iehova habito in medio filiorum Israëlis. Num. 35. 31--34. Quemadmodum domus ea quæ conflagrat diruitur, nequæ sunt in proprio ædificia quoque exardeant: Ita debent Magistratus sceleratos, ne divinus furor universum populum consumat, de medio tollere. Unius hominis crimen est instar gangrenæ in humano corpore: si quod grastatur in uno membro malum non tollitur, totum corpus pervadit & consumit. 3. Ut terror toti aliqui regioni & populo suppliciis publicis incutiatur, & alii sapere discant, atque à similibus sceleribus abstinere, utque adeò illis Ecclesia ædificetur. Inde toties Lex divina inculcat & repetit illud: *Vt audiant omnes Israëlitæ & timeant, nec pergant ulli facere secundam rem malam hanc in medio tui.* Deut. 13. 11. *Vt omnis populus audiant, & timeant, neque superbiant deinceps.* Ibid. cap. 17. 13. A quo non abludit illud Senecæ: *Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius, quam nocent.* Lib. 1. de Clement. cap. 8 Eapropter plerumque supplicia de facinoris publicè sumuntur, ut nō sint spectantes, si talia patrarent, fore ut ad eadem supplicia rapiantur. Et sanè, nisi Magistratus in sceleratos animadverteret, nemo in publicum prodire tutò posset. Unde tam effrænam licentiam sumerunt incolæ Gibhæ, ut concubinæ Levitæ tam nefandum stuprum intulerint? Non reticuit id textus facer: *Fuit, inquit, atque in temporibus illis, quum rex non esset in Israele.*

Iud.

Judic. 19. 1. Quid? quod Magistratu strenuè officium faciente, vix tuti esse possumus. Atque hocce suppliciorum publicorum laudabiles fines & causas prægnantes Ethnici sanioris mentis & ipsi intellexerunt, & scriptis mandarunt atque exposuerunt. Seneca, laudatissimus inter omnes veteres scriptor, & egregius vitiorum insectator: *In injuriis vindicandis hæc tria lex secura est, quæ Princeps quoque sequi debet: aut ut eum quem punit emendet; aut ut pena ejus cæteros meliores reddat; aut ut sublatis malis securiores cæteri vivant.* Libr. 1. de Clementia, cap. 22. His congruenter Aulus Gellius, maximi judicij Vir: *Puniendis peccatis, tres esse debere causas existimatum est.* Una est, quæ *verbacia, vel κόλασις, vel παραινετική* dicitur: cum pena exhibetur castigandi, atque emendandi gratia: ut is, qui fortuito deliquit, attentior fiat, correctiorque. Altera est, quamvis qui vocabula ista curiosus divisorunt, *τιμωρία* appellant. Ea causa animadverterendi est, cum dignitas authoritasq; ejus, in quem est peccatum, tuenda est: ne prætermissa animadversio contemptum ejus pariat, & honorem levet, idcircoque id ei vocabulum, à conservatione honoris, factum putant. Tertia ratio vindicæ est, quæ *παραδειγματική* à Græcis nominatur: cum punitio, propter exemplum, est necessaria: ut cæteri à similibus peccatis, quæ prohiberi publicius interest, metu cognita pene, deterreantur. Libr. 6. Noct. Attic. cap. 14.

Atque hinc manifestè liquet, Anabaptistas gravissimum teterrimumque errorem errare, quum afferunt, Magistratum Christianum bonâ conscientiâ nullum facinorum capitali supplicio afficere posse. Protocol. Franckenth. Act. 24. num. 4. & Embdan. Act. 107. nū. 2. 3. Errorē hunc à Tertullianistis hauserunt. Tertullianus enim usū gladii Christianis adiimit, & eos judices, quos capitales & criminales vocant, esse vetat. Lib. de idol. Mentio Simonis, Anabaptistarum Coryphaeus, permittit Magistratui ut lentes puniat,

L

modo.

modò ἀπὸ τῆς ἀμαρτηχυ^{Clas}(quæ Christiano non conveniat) abstineat: & ad eā rem probandā hoc maximè dilemma te utitur: *Eos qui morte afficiēdi sunt pœnitentiā peccatorū agere, aut non agere. Si agant, in gratiam recipiendos esse; si non agant, tempus conversionis ijsis concedendum, non verò eorum animas in damnationem precipitandas.* Disputat. contra Mieronium, fol. 9. b. Errorem isthunc cæcum & profanum suprà coarctimūs, ac gladium a Magistratu in facinorolos strigendum esse, ex utroque Testamento demonstravimus. Quod ad Mennonis dilemma; illud directò contra sacram Scripturam fertur, & utroque corru in ejus veritatem incursat. Etenim 1. nuspiam sacræ Literæ docent, facinorosum resipicentem dimittendum esse, poenamque meritam ei remittendam. Imò verò contrarium Deus decrevit & præcepit: *Ne parcito oculis tuis ei.* Deuter. 19. v. 13. Evidem Hacanem poenituit sacrilegii admissi, illudque ingenuè confessus est: *Verum est, inquit, ego peccavi Iehovæ Deo Israëlis, & hoc & illud commisi.* Nihilominus supplicio, jussu Ioluæ, affectus est, ut Iehova à furore iræ sue averteretur. Graviter Josua: *Quād perturbasti nos? perturbabit te Iehova hoc die.* Ios. 7. v. 20. 25. 26. Ipse Latro, unà cum Christo in crucem actus, ad Deum serio se convertit, & in paradisum receptus est. Verumtamen scelerum poenas meritò justè que in cruce luit. Ipsum audite confidentem: *Nos justè in damnatione sumus, nam digna factis recipimus.* Luc. 23. 41. 2. Nullibi etiam sacræ Paginæ affirmant, facinorosum resipiscere nescium, mortem promeritum, morte non esse multandum. Quin potius omnes sceleratos, nullà habita pœnitentiæ vel impœnitentiæ ratione, indiscriminatim, ad supplicium, delictorum ratiore duntaxat observatā, rapiebōs esse pronunciant. Haud imus inficias, summo studio omnique conatu in id incumbendum, ut facinorosi, horribōibus ex Dei verbo, ad agnitionem scelerum, seruumque

que eorum dolorem, & vitæ emendationem adducantur. Et sanè, sæpe fontibus, qui aliter curari nequeunt, supplicia resipisciendi occasionem offerunt, ne æternæ mortis supplicium incurrant. Nam quod alteri latronum, qui cum Christo in crucem suffixi fuerunt, accidit, ut in infami supplicio, salutis æternæ viam inveniret, hoc multis quotidie evenire videtmus, qui in peccatis suis miserè peritūr, nisi gravioribus suppliciis in viam salutis reducerentur. Quod si scelerati, omnibus spretis admonitionibus, animum in malitia obfirment, nec recordatione gravissimi supplicii ad scelerum agnitionem & resipiscientiam cominoveri queant, Deo committendi sunt, quū his impœnitentię signis satis superque prodant, nihil à se boni expectandū esse. Neque enim frustra est, quod de duobus filiis Eli, profligatissimis & perditissimis nebulonibus, scriptum extat: *Non auscultarunt vocī patris sui, quia volebat Iehova morte afficerē eos.* 1. Sam. 2. 25. 3. Quod si magistratui, uti coligit Menno, neq; impœnitentes morte ob delicta multare licet, utique necessariò sequitur, magistratum frustra gladium gerere. Atqui hoc è diametro repugnat verbis Pauli: *Non frustra gladium gerit. nam Dei minister est, vindicta ad iram ei qui quod malum est fecerit.* Rom. 1. 3. 4. Nec est quod præsidium cause sue Anabaptistæ petant ex verbis his Christi: *Ne obsistite malo.* Matth. 5. vers. 39. Tollendus, inquiunt, est è medio Christianorum magistratus ille qui gladium gestat, & malo resistit: vel certè statuendum, Christianos eos non esse, inter quos magistratus est, & malo resistitur. Resp. Christus hīc non ligat manus iudicibus, nec magistratus abrogat officium: sed informat vitam privatam Christianorum ad patientiam, injuriarum tolerantiam & ignoscientiam, ut longissimè eam à vindicta privata abducat. Nam vindicta privata, ejusque cupiditas, aut cupiditatis ostensio pugnat cum

C O N C I O T E R T I A

dilectione proximi, & prævaricatur in Deum, cuius est ultio. *Mea*, inquit, *est ultiō & retributio*. Deuter. 32. v. 35. Deo igitur in ultiō Christus injurias vult permitti. Ultionem Deus exercet, aliquando immediatè: ordinariè per magistratum, quem juris custodem constituit, & gladio armavit, non frustra, sed in ultiō malorum, & defensionem bonorum. Quare qui laesiones graviores, quando vel gloriae Dei, vel salutis nostræ, aut alienæ interest, absque odio & pravo in proximum affectu magistratui cognoscendas & vindicandas defert, utique adversus Christi præceptum non peccat, quum charitatem non violet. Et magistratus in facinorosos & injuriosos gladium stringens, non sibi illatas, sed alienas injurias ulciscitur; non privato, sed subditorum malo resistit, non proprium, sed subjectorum ius tuerit: h. e. non sibi ipsi, sed alijs servit. Summam sententiae Christi Apostolus exprimit, dicens: *Nemini malum pro malo viciſſim reddite. Procurate honesta in omnium mīnibus hominibus in pace vivite.* Non ipsi vosmet ulciscimini, et rependam, dicit Dominus. Itaque si esurit inimicus tuus, cibum: si sitit, da ei potum: hoc enim si feceris, carbones ignis collum: Rom. 12. veri. 17. & seqq. Et sanè gravissimæ subsuntur quibusdam malis Dominus nos nolit resistere; ne dum illis occurtere conamur, vera & æterna bona perdamus: Qui ipsi se se ulciscuntur, & malum malo pensant, primè mentis amittunt tranquillitatem, cui sanè damno nihil ex omnibus vel corporis, vel fortunæ bonis comparari poterit: Adhac naufragium charitatis, per injuriam à proximo illatam coeptum, si pari referant, absolvunt. Però reconciliationis bonum impediunt, atque ita omnem ad concordiam restituendam viam præcludunt. Ecquisve

I N M A T T H. XVIII.

re pīus non malit jacturam quorumvis corporalium & temporariorum bonorum pati, quam fraternalm charitatem & concordiam, quæ credentium est insigne, quovis pacto lædere, imò læsanū ne restituti possit, impedire? Præterea veteris hominis impatientiam, & vindicandi libidinem saginant. Quanto autenī satiū est, temporale aliquod damnū perpeti, quam ad suppressionem novi, veteris hominis vivificare malitiam? Denique ultiō usurpat, quæ solius Dei est. Aliter Christus, de quo Petrus: *Quum malis afficeretur, non minabatur: sed committebat causam suam ei qui justè judicat.* 1. Epist. 2. 23. Satis, ut ille inquit, patientia sequester Deus est. Si injuriam apud eum deposueris, ultiō est: si damnū, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est:

Ad Christi verba redeo; quorum sententiam Anabaptistæ detorquentes & falsantes, absurdā multa & extra modum absonta statuant necesse est. 1. Christus ipse sibi contradixisset. Dilertè enim protestatur versu 17. hujus ejusdem quinti capituli Matthæi: *Ne existimate me venisse ut dissolvam Legem, aut Prophetas: non veni ut eam dissolvam, sed ut eam impleam.* Nos verò longè aliter ex Christi verbis argumentamur: Christus non venit ut dissolvat Legem, sed ut eam impleat. At Lex malo non solum resistere, sed etiam illud è medio nostri exscindere jubet & tollere. Deut. 13. 5. & cap. 17. 7. Ergo Christus scelerum poenas non abolet: Argumentum hoc tamen evidens est & firmum, ut nemo negare illud possit, nisi cui libeat id negare, quod communis sensus testimonio confirmatur. 2. Quod si strictè ad literam malo non est resistendum, utique (quod nefas est dicere) Christus ipse in regulam suam peccavit, qui percussus in maxillam unam non præbuīt alteram, sed malo restitit; innocentiam suam tuendo, & injustitiam redarguendo: *Si, inquit, male loquuntur sum, testificare de malo: si bene, cur me cedis?* Ioan-

C O N C I O T E R T I A

18. v. 23. Peccavit & Paulus, qui percussus in judicio, Ananias Pontifici injusto vindictam à Deo minatur: *Futurum est ut percutiat te Deus, paries dealbate, & tu sedes judicans me secundum legem, & Legem transgrediens jubes me cœdi?* Act. 23.

v. 3: 3. Sequeretur etiam incommodum ingens. Si enim malo simpliciter resistendum non esset, omnis tolleretur disciplina, non modò civilis, sed & oeconomica, ecclesiastica & scholastica; invehernetur horribilis licentia & impunitas scelerum, & eversio omnis ordinis atque societatis humanae: quā calumniā olim Julianus, Celsus, Porphyrius, alij que hostes Christi mentem non intelligentes, Euangelij fidem gravabant. Atqui Christus alibi: *Quā mensura metimi, alij remetientur vobis.* Matth. 7. v. 2. Et Apostolus: *Tollite istum improbum ex vobis ipsi.* 1. Cor. 5. 13. Graviter & enucleatè Virsuis in Ecclesiam meritis clarissimus, in Verba hæc Christi commentans, ad adversariorum corrupcionem respondet: *Quia illi pro suo more literam urgendo in malo vocabulo pertinaciter herent, libenter ego eos interrogavero, quid ergo de falsa doctrina & dogmatum perniciosorum disseminatoribus de publicorum scelerum & scandalorum authoribus, de pravis & illicitis cupiditatibus, de ipso denique Diabolo dicant?* Num illa omnia mala esse, & omnis male authorem esse Diabolum negabunt? Non equidem arbitror. At si male resistere nefas est, jam neque dogmata falsa confutare, neque horum autores coercere, neque scelera punire, & ex his conscientia scandala è medio tollere, neque illicitos pessimarum cupiditatum & scelerum restinguere, & ne ipsum quidem Diabolum oppugnare licet. Quid ergo de Prophetis dicemus, qui seductoribus olim se opposuerunt? Quid de Christo, qui Scribas & Pharisæos acerrime oppugnavit? Quid de Paulo, qui Elymam Magum oculis multlavit, Act. 13. Hymenæum & Alexandrum Satanæ tradidit, ut discerent non maledicere? 1. Tim. 1. Quid de Petro, qui Simeonem cum sua pecunia execratus est? Act. 8. V. el num Christus

I N M A T T H. X V I I I .

Bus peccavit, quando nos oculos eruere, manus & pedes absindere iussit, si nobis sunt scandalo? Num Apostoli quod nefas est docent, quando nos membra nostra carnalia & terrestria mortificare, Col. 3. & ipsi etiam Diabolo resistere jubent? 1. Petr. 5. Quid obsecro ad ista respondebitis. Anabaptiste, si absque omni exceptione secundum literam intelligi debet, quod in praesenti dicitur, *Ne resistatis malo?* Hæc ille.

II. Magistratus supplicia facinorosorum pro magnitudine & atrocitate scelerum exasperare potest & debet. Sic submersi sunt non nisi maximorum & atrocissimorum scelerum convicti. Hanc poenarum variationem, modumque illarum, pro circumstantiarum ratione, imponendarū, Deus ipse sancivit: *Erit si dignus est flagris improbus, ut dejiciendum curet eum judex & caedendum coram se, pro improbitate ejus certo numero.* Deuter. 25. v. 2. Neque hoc tantum, sed & varia poenarum genera, pro ratione delictorum, Deus constituit. Furi restitutionem; Si quis furatus bovem aut parvam pecudem maculaverit aut vendiderit eam, quinq; boves rependito pro uno bove, & quatuor pecudes gregis pro una pecude. Exod. 22. 1. Ratio inæqualis poenæ est: tūm quod boum usus heris suis fuit major, quām ovium. Huic differentiæ explicandæ haud male curiosa eorum quadrat observatio, qui ajunt quatuor utilitates esse ovis, pellis, carnis, lactis & foetus, in bove autem accedere quintam, laboris nempe in agricolatione, trituratione, & onerum vectione. tūm quia majoris est audaciæ & improbitatis, bovem furari, quām ovem: tūm quia minor necessitatis urgentis species est, in bove furando, quām in ove una, quam potest quis inopiâ cibi prorsus furari, ad se familiamque suam in praesenti necessitate alemandam. Percussori mulieris gravidæ multa irrogata fuit: Certantibus hominibus, si percusserit unus illorum mulierem gravidam, ita ut ejiciatur factus ejus, nec tamen sit exitium: omnino multatior prout impoferit ei maritus ipse mulieris, & per judices dato. Ibid. cap. 28.

21. 22. Frequentissima fuit pena talionis. Si exitium sit mulieris gravidæ aut foetus, personæ totius, aut alicujus partis in ea corruptio; tum reddes vitam pro vita, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, ustionem pro ustione, vulnus pro vulnere, tunicam pro tunica. Ibid. vers. 23. 24. 25. Inter penas non capitales lege divina etiam continentur, verbera seu fustigations, quarum causa & modus definitur Deuter. 25. v. 3. 4. Erit, si dignus est flagris improbus, ut dejiciendum eum curet judex & cædendum coram se, pro improbitate ejus certo numero. Quadragenis plagiis cædendum curabit eum, ne addito: vide ne perget plaga numeriore his cædere eum, & frater tuus vilescat in oculis tuis. His addi possunt exilia, quæ Iudæis irrogata, intra tamen terræ promissæ terminos ipsos constrinxerunt, ne videlicet à Deo ipso, religione, & cultu profligati, animarum potius, quam corporum, æternasque adeò verius, quam temporarias penas sustinerent. Sic constitutæ fuerunt civitates refugii, ad quas accurrebant, qui cædem fortuitam commiserant, & in quibus commorandum ipsis erat usq; ad mortem summi Sacerdotis. Exo. 21. 13. Num. 35. 12. Iephthah, spurius, a fratribus ejectus, in terra Tobi exulavit. Iud. 11. 3. David Absalomū è terra Geschuris, ubi apud Thalmajū, avum suum maternum, delituerat, in domum suam ab aula relegat. 2. Sam. 13. v. 38. & cap. 14. 24, 25. Salomo Abjatharem sacerdotem in prædium suum paternum, & agros in Hana-thoth relegat: Simei vero Hierosolymis continere se juberet, extra quæ, quum exacto triennio excurreret, ultimo capitis suppicio affici ipsum jubet. 1. Reg. 2. 26. 36. 37. 46. Amasias sacerdos impius Bethelenis Amoso Prophetæ nomine regis mandat, ut è Samariæ finibus exeat, & in terram Iudæ aufugiat. Amos. 7. 12. 13. Porro capitalium paenitum, quæ vitam temporalem adimebant, quatuor præcipue species fuerunt in populo Dei, quæ etiam usque ad eversam ab

ab Herode politiam Mosaicam in usum transferunt, scilicet Lapidatio, Suspensio vel Crucifixio, Combustio, Decollatio seu Confosio. Lapidatio; Quisquis è filiis Israelis, aut è peregrina gente qui peregrinatur in Israële, dediderit de semine suo Moleco, omnino morte afficitur: populus ipse terræ obruunto eum lapidibus. Levit. 20. 2. Viri & mulieres, si erit ex eis pytho aut ariolus, omnino morte afficiuntur: lapidibus obruuntur, cædis eorum causa est in eis. Ibid. verl. 27. Crucifixio vel suspensio: Quum erit in aliquo peccatum ad judicandum morti, & tradetur morti; si suspenderis eum de ligno: ne per nocte cadaver ejus in ipso ligno, sed omnino sepelito eum eodem die. nam suspensus execrationi est Deo. Deut. 21. 22. 23. Combustio; Is qui duxerit mulierem & matrem ejus, scelus est: igne comburunto eum & eas, ut non sit scelus in medio vestri. Levit. 20. 14. Decollatio aut confosio; gladio ferè plexi, & confosci, vel transfixi fuerunt, quos vel ipsis immediatè judices & reges extremo affecerunt suppicio, ut Gideon Zebachum & Tzaltnunahum, Iudic. 8. 21. & Samuel judex Agagum regem Hamalekitarum. 1. Sam. 15. 33. vel pueris & servis suis mandarunt, ut in reos irruentes, ipsos percuterent. Exempla passim occurunt. 1. Sam. 22. 17. 18. 2. Sam. 1. v. 15. 1. Reg. 2. v. 25. 29. 31. 34. In horum similiumque suppliciorum interrogatione, sedulè judex respicere debet, ne quid aut durius, aut remissius constituat, quam causa depositit. Ideoque omnes delictorum circumstantias diligenter ponderabit, hisque ponderatis proportionalem (fas sit ita loqui) paenam infliget. Ista proportio ut servetur, expendi hæc leges volunt: 1. An ex proposito quis deliquerit, an casu, an impetu iræ, vel justi doloris motu. Certè ipsa Lex divina discerni vult, an homicidium voluntarium sit, & destinato animo, ex iræ & vindictæ impetu profectum, an involuntarium. Et in hoc quidem non, ut in illud, capitaliter vult animadvertisse. Exod. 21. 12. 13. Deut. 19. 4. 5. 6. Et

C O N C I O T E R T I A

alijs sacrificijs peccata per imprudentiam, alijs per errorem commissa expiabantur. Levit. 4. & 5. capp. 2.. Considerandum, an frequentatum & iteratum sit delictum, & magnus sit numerus delinquentium. Id quod poenas exasperare solet. Manifestum hoc est ex lege de filio contumace, à parentibus delato, morte afficiendo. Neque enim verosimile est, ad unum lapsum, qui ex imprudentia, vel juvenili incogitantiâ committi potuit, tam severiter vindicatum fuisse. Perseverantia & consuetudo peccandi notatur, ut ex actione parentum in talem filium institutâ appareat: *Filius noster iste contumax & rebellis, non auscultat voci nostra; confessator & obriosus est. Contumacia, rebellio, inobedientia, & vincentia, frequentationem scelerisinemendabilem argunt.* Deut. 21. 20. 3. Probè perpendendum, qualis sit persona, tûm quæ commisit, tûm in quam commissum est delictum. Aliter enim impuberes, aliter senes; aliter servi, aliter liberi, aliter obscuri & plebeji, aliter nobiles; aliter adulti, aliter minores; aliter qui delinquunt in parentes, dominos & patronos puniuntur, aliter qui in æquales aut inferiores. Ex lege divina *is qui percutit patrem aut matrē, & qui eius maledicit, morte pœnitus est;* Exod. 21. 15. 17. Mitiùs verò agendum cum eo, qui inter rixandū vel proximum suum, vel servum, vel ancillam, vel prægnantem percuferit, ita tamen ut mater & foetus ejactus non moriatur. Ibid. 18. 21. 22. Sacerdos, qui Christi typum gerebat, filia fornicans igni cremata fuit, aliorum filiæ non item. Levit. 21. 19. Ita alijs sacrificijs populi, alijs sacerdotijs peccata expiabantur. Ibid. capp. 4. & 6. Ex qualitate quoq; & quantitate delicti modus poenarū variatur. Sic fur qui unam ovem aufert, distinguitur ab abigeo, qui gregem. Furtum simplex, quum quis bona priuati hominis, supellecstilem, vestes, merces, terræ fructus, inscio & invito domino, ad usum suum avertit, non tam atrocum est peccatum, nec grave adeò supplicium meretur, atque

I N M A T T H . X V I I I .

que sacrilegium, quo quis res Deo ejusque cultui consecratas, furtim & fraudulenter ablatas, in usum suum convertit, aut peculatus, quando bona publica auferuntur vel alienantur, & ad usum privatum transferuntur: aut plagiū, cum hominem quis furatur. Disertè Lex: *Plagiarius, sive vendiderit hominem, sive deprehensus fuerit in manu ejus, omnino morte pœnititor.* Exod. 21. 16. Vicissim: *Si quis furatus bovem aut parvam pecudem macraverit aut vendiderit eam, quinque boves rependito pro uno bove, & quatuor pecudes gregis pro una pecude.* Ibid. cap. 22. 1. Discrimen hoc pœnarum probè observare debebant magistratus illi, qui tenaces legis Draconis, sanguine scriptæ, omnes qui furati quipiam fuerint, etiam si valde exigua res sit, morte puniunt. Qua de re non immeritò cum Catone dicere licebit: *Fures privati in nexu & compedibus vivant: publici verò in auro & purpura.* Nec à vero aberraverimus, si cum Wolfgango Musculo, eximio & sincero Theologo, exclamaverimus: *Quod fures suspenduntur, adulteri verò citra discriminem vitæ leví aliquā pœnā castigantur, miror si quisquam cordatus probandum esse censeat.* Loc. Commun. Theol. Titulo de Magistratibus, pag. mihi 646. Evidem si quod res est, dicendum sit (uti in libera republ. liberae debent esse voces) nimius supplicij hujus est rigor. Iustitia enim in pœnis, in proportione inter delictum & pœnam consistit, ut in æquilibrio utrumque versetur, si in trutina appendatur. Sed si à re & externis bonis, quæ simplici furto hominibus eripi solent, ad corpus & vitam hominis procedatur, proportio hæc prorsus exspirat. Cujus argumenti tanta est veritas atque firmitas, ut ipse Diabolus sententiam pronunciet: *Quicquid est viro, daturus est pro anima, vel vita sua.* Iob. 2. 4. Accedit, quod nemo uspiā vitæ aut necis alterius hominis, ne fordidissimi quidem mendici, habeat potestatem, præter unum Deum, & cui hanc ille potestatem quasi resignat & defert, nempe

CONCIO TERTIA

magistratum. Quid verò Scriptura? Rotundè afferit, *magistratum non aliter, quam Dei ministrum, gerere gladium, ut vindex ad iram sit ei qui quod malum est fecerit.* Rom. 13.4. Regum Egyptiorum ea prædicatur justitia, ut qui juri di- cundo-præfuturi erant, jurârint, etiam si rex ipse juberet ab ipsis aliquid injusti pronunciari, ut ne id facerent. Pueri & satellites regum populi Israelitici nullos alios interemerunt. (nondum enim tūm temporis carnificum usus fuit). nisi quos reges monstrarent & juberent, mortis supplicium meritos. Cogitet ergo hīc pius magistratus, quid & se deceat, nisi innocentis sanguinis coram Deo reus peragi velit: neque tām, quid Imperatores, aut nōmoothetā mortales ju- beant, quam quid Rex ille regum fieri velit, attendat. Quod verò pro furum suspendio affertur, *Crescentibus delictis exasperandas esse pēnas;* cum hac limitatione conceditur, ne totum poenā genus immutetur, neque transfliantur lineæ proportionis inter delictum & pēnam, atque à re ad corpus procedatur. Atque sic ipse Deus furti pēnam, pro illius ratione exasperavit, quadrupli, aut quintupli restitutio- nancitā. Quemadmodum autem, qui jure Mosaico com- muni civiliter mortis reus fuit, idem hodie adhuc mortis reus habendus est: Ita quisquis eodem jure & modo mortis reus non fuit, neq; hoc tempore reus mortis habendus est. 5. Tempus similiter delicta eorumque pēnas aggravat. Sic fur nocturnus, & effosor vel effractor discernitur à diurno. *Si in effōssione deprehendatur fur de nocte, & percussus moriatur, reus cedis ne esto percussor.* Si Sol ortus fuerit ei, cedis reus esto percussor: fur verò omnino rependito, si non est ei, vendetur pro furto suo. Exod. 22. vers. 2. 3. Et leges duodecim tabula- ram, posteaque Romanæ similiter, furum nocturnum occi- dere permiserunt, & diurnum, si telo se defenderet. Etenim fur nocturnus, januam, parietes aut fenestras effringens, non furandi tantum habere animaum, sed vitæ simul aliorum insi- dias

IN M A T T H. XVIII.

dias struere creditur, adeoq; ut grassator, latro, & pacis pu- blicè violator occiditur. Et quia testes non adsunt, judicēq; in continenti implorare non licet, contrà latronē vim vi re- pellere permittitur, ut *in sanguines non sit* (ut lex divina habet) patrifamilias, etiamsi noctu in ædibus suis talem interficiat. 6. Locus etiā poenā variat, & facit ut furtū, vel sacrilegiū sit, vel simplex furtum, adeoque poena gravior vel mitior. Ma- jor est injuria, quae publicè, quam quæ privatim infertur. Gravius ille presbyter poenitentiarius peceavit, qui nobi- lem quandam matronam in templo Constantinopolitano, eūm peccata ipsi sua confiteretur, violavit. Socrat. libr. 5. Histor. Eccles. cap. 19. 7. Interdum quoque poenam mitigant, spontanea confessio, scandalum publicum, con- fuetudo, vita anteacta, emendationis spes, insigne artifi- ciū, & merita publica, quæ diligenter attendere & ponde- rare, & ex iis poenam æstimare, prudentis est & circum- specti judicis. Salomo Abjathari Sacerdoti dicit: *Reus mor- tis es:* siquidem Absalomo seditione se conjunxerat, & Davidi adhuc superstiti alium regem substituere voluerat. Verūm poenam istam mitigat, eumque ab officio deposi- tum Hanathotas ad agrum suum ablegat, additis hisce miti- gationis causis: *Hoc die non afficiam te morte, quia portasti arcam Domini Iehovī, coram Davide patre meo, & quia afflixisti te in omnibus quibus afflictus est pater meus.* 1. Reg. 2. v. 26. Rationem habet Salomo, tūm officij sacri Abjatharis, tūm meritorum ejus in patrem suum Davidem. Josaphatum Deus ipse per Iehu Videntem reprehendit, quod impio A- chabo opem tulerit, & osores Iehovæ dilexerit: ac propterea iram à facie Iehovæ promeritum significat. Sed addit: *Verumtamen res bona inventae sunt apud te, quod removisti lucos à terra, & constituisti animum tuum ad querendum Deum.* 2. Chron. 19. 2. 3.

II. Jam porro considerandum restat, quomodo se ha-
M. 3. beat

beat poena eorum qui aliis offendiculo sunt, ad atrocissimum hoc submersionis supplicium. *Præstiterit ei*, ait Servator, *ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo maris.* Non est sensus: Si quis post datum scandalum demergatur, tunc eum defunctum esse suâ poenâ. Fallitur enim Hieronymus, qui hæc Christi verba sic interpretatur, tanquam dixisset, ei qui scandalum præbuit, utille esse, pro expiatione sui delicti, hoc gravissimum supplicii genus subire, quo æternum supplicium, quod commeruerit, evadat. *Expedit ei*, inquit Hieronymus, *quia multo melius est pro culpa brevem recipere panam, quam aeternis servari cruciatibus.* Non enim vindicabit Dominus bis in idipsum. Conument. in Matth. 18. Etenim Deus justissimus sceleratos, nisi resipiscant, & hic & illic temporaliter & æternum puniet. Poenæ, quas hic impii resipiscere nescii perferunt, prænunciæ sunt sempiternarum. *Exsecrati abibunt in ignem aeternum, vel ad supplicium aeternum.* Matt. 25. 41. 46. Hocque adeò verum est, ut pronunciet Paulus: *An ignoratis, injustos non esse Dei hereditatem possessuros?* Ne errate. neque scortatores, neque idololatriæ, neq; mechi, neq; molles, neq; qui contumbunt cum masculis, neq; fures, neq; avari, neq; ebriosi, neque conviciatores, neque rapaces, regni Dei hereditatem possidebunt. 1. Cor. 6. 9. 10. Idipsum dilucidè expressit Ioannes: *Formidolosis, & incredulis, & exsecrabilibus, & homicidis, & scortatoribus, & veneficiis, & idololatriis, & omnibus mendacibus portio assignata est in stagno ubi ardet ignis & sulphur, quod est mors secunda.* Apoc. 21. 8. Nec mirū. Quum enim peccatis æternus & infinitus Deus offendatur, eterna ac infinita supplicia merentur. Aliud ergo Christus verbis istis innuit, nimirum factius esse cuivis, ut priùs demergatur, & quidvis potius patiatur, quam ut cuiquam præbeat scandalum. Nam qui scandalizaverit pusillos, is atrociores subiturus est poenas, quam si saxo collo ipsius alligato, in profundum maris de-

mer-

mergetur. Impii enim in abyssum inferni mittentur non aliter, quam sicut validus ille *Angelus lapidem instar mole magnæ sublatum, in mare projectit.* Apoc. 18. vers. 21. Næ quando Ecclesiæ minister, vel parentes, in novissimo die, audituri sunt Christum sibi exprobrandi causâ dicentem: *Vos in illa vestra vita scandalum prebuistis auditoribus, subditis, liberis, ac in eo similes fuistis Satanæ, qui offendiculum protoplastis posuit:* jam ergo præcipites cum eo in barathrum inferorum projiciemini; annon putatis tales optatueros esse, ut in hoc mundo in profundo maris submersi fuissent, antequam scandalum aliis darent, ne in æternum damnentur? Huic affine est illud quod de Iuda proditore Christus pronunciat: *Væ homini illi per quem Filius hominis proditur: bonum erat homini illi si natus non fuisset.* Matth. 26. v. 24. Audite damnandos de sua salute desprantes: *Dixerunt montibus & petris, Cadite in nos, occultate nos à conspectu ejus qui insidet throno, & ab ira Agni.* Nam veniam dies illa magna illius: *& quis poterit stare?* Apoc. 6. vers. 16. 17. Tolerabilius sibi putant, semel à montibus protritos in nihilum redigi, quam aeternis inferorum cruciati bus torqueri.

Usus I. ad ἐπανόρθωσιν

AUres arrigite, & animum attendite scandalorum autores. Ingens hoc atque sonorum tonitru est ad vos prosternendum. Peccatum quod vos tam leve ac exiguum aestimatis, poenam affert omnibus atrocissimis in mundo suppliciis graviorem. Maris enim profundum, si cum profundo inferorum conferatur, vix minimæ paludis locum habet: & lapidis molaris gravitas, si cum ponderosissima arena aut plumbo male & arrodentis conscientia componatur, vix plumbam pondere æquat. Submersum, ingens

gens saxum collo alligatum & aquæ , exiguo temporis spatio suffocant : Hic verò mortem expertem , mors fugit. Querent homines mortem , & non invenient eam : & cupient mori , & fugiet mors ab eis. Apoc. 9. v. 6. Quotus quisque enim non præoptet semel mortem depacisci, quām perpetuis gehennæ flaminis torqueri ? Vermis conscientia damnatos semper rodens non morietur , & ignis eorum non extinguetur. Esai. 66. 24. Quod si quis in tenebricosum carcere hâc conditione conjiceretur , ut nunquam impostrum lucem aspiciat, sed toto vitæ suæ tempore in densissimis tenebris fedeat, vtique millies mori optaret. Et hinc damnatorum augebuntur supplicia , quod non per aliquor annos aut secula tenebris gehennæ immergentur, sed in omnem æternitatem. Semper ardebunt , & nunquam comburentur. In profundo maris demersi corpore patiuntur: at si verè ad Deum ante supremam vitæ horam convertantur, anima in coelum ad Deum assumitur: Scandalorum authores dirissimi atque impatibilibus animæ & corporis cruciatibus urentur & angentur. Hinc natum illud Christi : Ne timete vobis ab iis qui trucidant corpus , animam autem non possunt trucidare : sed timete potius eum qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Matth. 10. 28. Submersorum & aliis suppliciis affectorum poena tolerabilis est, si Deo confidant, qui tolerantiæ eos armat & vires eis sufficit , ut sint ferendis doloribus pares : id quod exemplo latronis conversi patet, qui diris tormentis placido se animo subjicit, dicens : Nos justè sumus in damnatione. nam digna factis nostris recipimus. Luc. 23. 41. Non obmurmuravit Deo, nec in magistratum, Dei ministruum , ob supplicium irrogatum, inveritus est: sed justo Dei judicio, supplicium hoc de se ob horrenda scelera sumi agnovit: nec auferri illud petiit, sed de animæ salute unicè sollicitus, toleranter temporales & corporales poenas sustinuit. Poena inferni intolerabilis est.

Millies

Millies offendiculorum authores, si fieri posset, se in profundum maris mergi cuperent , & ab ipsis montibus opprimi atque obrui, ut huic poenæ se eximant. Magna illis & indelebilis infamia inurrit, qui propter scelera in profundum maris merguntur : At cum majori & turpiori ignominia damnati pereunt. Nauseæ erunt & abominationi omni carni. Esai. 66. v. 24. Gravissimum longè erit expositum esse opprobriis beatorum hominum , ipsique Deo esse abominationi. Ad ejusmodi verò *opprobria & contemptum æternum surgent*, quotquot aliis fuerint offendiculo, nec ex animo resipuerint. Dan. 12. 2. Qui in aqua demerguntur, à carnifice torquentur, qui sæpe condolet eorum suppliciis. At qui a his offendicula ponunt, à Diabolo immisericorde & *τεραγνύω* cruciabuntur, qui nil nisi nocere, malefacere, aliorūq; malis insultare didicit. Quām ergo nobis cara est animæ salus, & quām vehementer aversamur atque exhorrescimus inferni poenas, tām sollicitè nobis à scandalis dandis caveamus. Ad hoc electos, creatos, redemptos, vocatos atque sanctificatos nos cogitemus , ut simus inculpati & simplices, Dei in qua n filij inculpati in medio gentis pravae ac perverse, ac ut inter homines splendeamus ut faces in mundo. Philip. 2. 15. Infirmos exemplo fidei atque pietatis confirmemus. Quod Petro à Christo, idem nobis dictum putemus : Tu aliquando quum te converteris, stabili fratres tuos. Luc. 22. 32. Errantes in regiam salutis & veritatis viam reducamus. Dulcissimè Jacobus : Fratres, si quis inter vos aberrarit à veritate, & converterit eum quispiam, siat eum qui averterit peccatorem ab errore via sua, servaturum animam à morte, & operturum multitudinem peccatorum. cap. §. 19. 20. Qui firmiores sunt, præbita manu , infirmiores ducant & ferant : qui docti sunt & rerum divinarum gnari, errantibus fraternè amicèque viam demonstrent. Alij aliorum onera portent ; & ita Leges Christi compleant. Gal. 6. v. 2. Evidem nihil præstantius,

N

nihil

nihil magis optabile, quam animam servare à morte æternâ. Hoc autem facit, qui fratrem errantem in viam reducit. Absit ergo, ut tam præclarum opus negligamus. *Esurienti cibum, & sitienti potum dare, quanti Christus aestimat?* Ipse ait: *Amen dico vobis, quatenus id fecistis uni ex istis fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Matth. 25. 35. 40. Atqui multo pretiosior illi est animæ salus, quam corporis vita. Cavendum ergo ne nostrâ ignaviâ & offendiculorum objectione pereant redemptæ à Christo animæ, quarum salutem Deus quodammodo in nostra manu ponit: non quod salutem mereamur aut conferamus ipsi, sed quod Deus nostro ministerio liberet atque servet eos, qui alioquin exitio videbantur propinquî.

Ulus II. ad παρακλησιν.

IN hac cogitatione defixi estote, quicumque à Deo in hac vita, ad salutem animarum vestiarum, gravibus variisque plagiis afficimini. Præstabilius est, in hac vita castigari, quam apud inferos æternum cruciari. Verè Apostolus: *Deus ad commodum nostrum ad paucos dies nos castigat, ut simus particeps sanctimonie ejus.* Hebr. 12. v. 10. Expertus Lazarus, qui brevem paupertatem & miseriam, cum æternâ gloriâ & coelestibus divitiis commutavit. Significanter Epuloni diviti dicit Abrahamus: *Fili, memento te bona tua receperisse in vita, & Lazarum similiter mala: nunc autem hic solamen recipit, tu verò cruciaris.* Luc. 16. 25. Manasses, qui pessimè se in regno gesserat, justo Dei judicio, vinculus chalybeis duabus vinculis, Babylonem deductus est: 2. Chron. 33. 11. quod utile ipsi & conducibile fuit, quum hâc ratione ad resipiscenciam adductus, vincula æterna effugerit. Quum olim in nuptiis Canæis architriclinus gustasset aquam in vinum à Christo mutatam, in admirationem raptus sponso dixit:

Omnis

Omnes primo loco bonum vinum apponunt, & postquam convivæ affectim biberunt, tunc id quod minus bonum est: tu verò servasti bonum vinum usque adhuc. Ioan. 2. 10. Hic nobis adumbratur diversitas moris Diaboli & mundi ex una, & Dei ex altera parte. Diabolus & mundus primò mel merum proponant: post amarum usque ad satietatem aggerunt. Primò, inquam, illecebris vitiorum & inani turpissimatum voluptatum oblectatione inescat & inebriat Diabolus: postea verò inebrati toxicum miscer, dum aut incurabiles facit, aut in desperationem adducit, & ita in extremi exitij barathrum præcipitat. Specimenejus rei in primis generis nostri parentibus edidit, quos vetiti fructus aspectu & dulci fragrantia inebriatos à Deo abstraxit, & mox ipse iisdem turpem nuditatem cum magna confusione ob oculos posuit. Gen. 3. Aliter Deus: sicubi hilaratus est suos, eosdem priùs extremè contristat. Ubi priùs amara gustarint, sub fine dulcia eis propinat. Nos mundanum morem fugiamus, divino assuescamus. Quod si hydrias nostras lacrymis Deus impleat, bene habet: in vinum vertentur. Tandem tristitia nostra, in lætitiam comumtabitur: inopia nostra in abundantiam. Tunc verò Davidi succinemus: *Convertisti planctam meum in choream mihi, soloisti cilicium meum, & accinxisti me latitudine: ut psallat tibi gloria;* h. e. lingua, præco gloriæ, ac non conticescat. *Iehova, Deus mi in seculum celebrabo te.* Psal. 10. 12. 13. Tunc implebitur illud: *Qui seminaverunt cum larymis, cum cantu metent.* Psal. 126. v. 5. *Implet Deus omne animal benedictione.* Psal. 145. 16. Qui non impleret Christus vos, pro quibus sanguinem fudit? Si cum Christo biberimus aquas afflictionis, bibemus cum eodem novum illud vinum in regno Patris ejus. Matth. 26. vers. 29. Inprimis vero hoc solatio se erigant & sustentent, qui ob atrocissima scelera, vel in profundo mariis demerguntur, vel rotâ torquentur & excartificantur, vel comburuntur, vel

CONCIO TERTIA

capite truncantur, vel suspenduntur, vel ad alia supplicia rapiuntur. Anima ipsorum, corpore occiso, servatur, dummodo de peccatis perpetratis ex animo doleant, remissionem eorum in Christi morte verâ fide quærant, atq; serio ad Deum convertantur. Verè de his pronunciatur: *Præstisit eis quod in maris profundo demersi, rotæ impositi, combusti, decollati, in crucem acti &c, fuerint, quām si vitâ diutiùs frumentes, & sceleribus cumulantibus, in gehennam corpori & anima conicerentur.* Expertus latro conversus in crucē, qui dira tormenta toleranter perpessus, &c ad regnum cœlestē aspirans, optatissimo hoc responso à Christo Salvatore suo beatus est: *Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradiſo.* Luc. 23. 43. Hodieque ex sceleratis non pauci, comprehensi, & ad supplicia rapti, sceleribus suis ingemiscunt, & serio resipiscunt; qui si judicis manus evasissent, sibique relictū fuissent, scelus in scelus addidissent, & præcipites in barathrum infernale ruissent. Nunc, corpore pœnam temporalem sustinente, anima ad Christum assumitur, æternoque in celis gaudio fruitur. *Imd. corpus quod seritur cum corruptione, suscitabitur cum incorruptione: quod seritur secundum & cum ignominia, suscitabitur cum gloria: quod seritur omnium virium expers, suscitabitur potens.* Oportet enim corruptibile istud induere incorruptibilitatem, & mortale istud induere immortalitatem. 1. Cor. 15. 42. 43. ¶ 3. Nā. Dominus Iesus Christus transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme fiat corpori ejus glorioſo, pro vi illa efficace quā potest etiā subiucere sibi omnia. Phil. 3. 21. Summā, sive Deus suos paternè ob peccati reliquias castiget, sive facinorosi, de sceleribus admissis secundum Deūdoleptes, suppicio afficiantur, castigationis & dolorum brevitati & gravitati, gloriæ & gaudij coelestis opponant æternitatem atque jucunditatem. Verseturque ipsi perpetuū in memoria aureum Pauli dictum: *Rerū minime pares esse presentis temporis perpeſſiones, glorie in nobis revelanda.* Rom. 8. vers. 18.

IN MATH. XVIII.

201

vers. 18. Cui adsidet illud ejusdem Apostoli: *Illico præteriens levitas afflictionis nostræ, excellenter excellentis gloriæ pondus æternum conficit nobis.* dum non spectamus ea quæ cernuntur, sed ea quæ non certuntur. nam quæ cernuntur, temporaria sunt: at quæ non cernuntur, æterna. 2. Cor. 4. 17. 18. Istam consolationem in animis omnium afflictorum inscribat Pater illæ miserationum & Deus omnis consolationis, per Spiritum sanctum, Consolatorem nostrum. *AMEN.*

CONCIO QUARTA

I N

MATTH. XVIII. vers. 7. (a)

Va mundo ab offendiculis. necesse est enim ut veniant offendicula.



Id est vera atque salutifera binas habet manus, dexteram & sinistram. Dexteram manum ad Christum extendit, ipsumque cum omnibus eius beneficiis cupide apprehendit & firmiter tenet. In lucta tentationum Christum sibi adversum, vel discessum parantem, intentiens fidelis, fortí fidei, precum ac supplicationum manu eum retinet, ac illad Jacobi Patriarchæ, acerrimi Luctatoris, ingeminat: *Non dimittam te, quām quum benedixeris mihi.* Gen. 32. 26. Ingruente vesperâ vitæ & nigra noctis morte, in Christum abitum simulantem, manum fiducię & orationis humiliſ atque ardentiſ injicit, eumque manere adigit patheticis his-

N 3.

cc

ce & supplicibus verbis , cum Viatoribus Enim auctiis:
Mane nobiscum: quoniam ad vesperas cit & inclinavit dies. Luc.
 24. 29. Gravissimis subiecta periculis , & ingentibus affli-
 etta calamitatibus fides, dexterâ suâ Christi dexteram pre-
 hendit , magnâque fiduciâ cum Paulo triumphat : *Quis nos
 separabit à charitate Christi ? num afflictio , num angustia ,
 num famæ , num nuditas , num periculum , num gladius ? Imò
 in his omnibus amplius quoniam vîtores sumus per eum qui dilexit nos.*
*Nam mihi persuasum est , neque mortem , neque vitam , neq; angelos ,
 neque principatus , neque potestates , neque præsentia , neque futu-
 ra , neque sublimitatem , neque profunditatem , neque ullam rem ali-
 am conditam posse nos separare à charitate Dei quæ est in Christo
 Iesu Domino nostro.* Rom. 8. 35. 37. 38. 39. Seni peccati &
 angoribus conscientiae implicata fides , validâ manu Chri-
 stum correptum tenet , ac , cum eodem Apostolo , exclam-
 at : *Vivo , non amplius ego : sed vivit in me Christus :
 & vitam quam nunc vivo in carne , vivo per fidem illam Filii
 Dei , qui dilexit me , & tradidit semetipsum pro me.* Gal. 2.
 vers., 20. Et meritò quidem dexterâ suâ manu fides vera
 Christum tenet. Est enim Christus mortuorum vita , pec-
 catorum salus , injustorum justitia , insipientium sapientia ,
 captivorum redemptio , impurorum sanctificatio , paupe-
 rum divitiae , tristium consolatio , ægrorum corpore & animâ
 medicina , ac (ut verbo dicam) omnia & in omnibus . Col. 3. 11.
 Christum qui tenet , omnia habet , & Asapho succinere po-
 test : *Quis est mihi in cælis præter te ? Et præter te non delecto
 quoquam in terra.* Quum deficit caro mea & cor meum , rupes
 cordis mei & portio mea Deus est in seculum . Psal. 73. v. 25. 26.
 Manum sinistram fides ad proximum extendit , eumq; laban-
 tem sustentat , infirmum suscipit & perfert , lapsum erigit ,
 moestum solatur , tentatum reficit , ægrotum curat , paupe-
 rem juvat , periclitanti succurrit , oppressum liberat , vulne-
 ratum obligat . Breviter & summatim dicam : Ea præstat
 proximo ,

proximo , quæ præstari sibi vellet , si proximi esset loco , ex re-
 gulâ charitatis à Christo præscriptâ : *Quocunque volueritis ut
 faciant vobis homines ; ita & vos facite eis.* Matt. 7. 12. Sic de se
 Iobus : *Pro oculis eram cæco : & pro pedibus claudio eram. Pater
 eram eagentibus.* cap. 29. 15. 16. Hujus officii memores nos esse
 Christus jubet in verbis prælectis : Speciatim interdix-
 erat , ne quis puerilis offendiculum præberet . Iam porro
 generale mandatum subjicit , ne ulli homini offendiculo si-
 mus , sed omnes potius charitatis manu & bono exemplo
 sustentemus & confirmemus . Ut verò accuratius & effi-
 caciùs magnitudinem & atrocitatem offendiculorum ani-
 mis nostris inculcet , tria distinctè tradit :

Scandala esse , I. Mundo noxia ;

II. Necessaria ;

III. Authoribus dànosa .

Hac homiliâ duo priora membra interpretatione nostra
 illustrabimus , & usibus nostris applicabimus .

Tu Deus , verbum tuum in os ministri tui imponito ,
 & in cordibus auditorum , sancti tui Spiritus virtu-
 te , illud vivificato . *A M E N.*

I. S C A N D A L A N O X I A S U N T M U N D O .

Gravissimè Christus infit : *Ve mundo ab offendiculis . Of-
 fendiculum quid sit , suprà explicavimus , nimirum oc-
 casio perditionis internæ & spiritualis , quâ homo induci-
 tur , ut in hujus vitæ cursu à justitia , eoquæ à gratia & glo-
 ria Dei recedat , & ad peccati castra transeat ; & hinc conse-
 quenter in iram Dei ac condemnationem æternam incidat .
 Quemadmodum enim *Cædrætor* est obstaculum viarum ,
 h.e. offendiculum , quod in via ambulantem facit impingere ,
 ut ceipitet , cadat & claudicer : Ita etiam se haber dictum
 vel*

C O N C I O Q U A R T A

vel factum, quo sit, ut aliquis inoffensio cursu non perget in via Domini. Ac sicuti lignum in muscipula per se est causa & occasio offensionis: Ita scandalum datum præbet aliqui efficacem causam lapsus. Atque hanc ob causam appellatur scandalum activum: oritur autem ex facto, audito, vel per se malo, vel in se adiaphoro, sed intempestivè vel facto vel omisso. In illo duplex est peccatum; in hoc simplex. Sed ne actum agam, pergo ad reliqua.

Per mundum Christus homines in hoc mundo intelligit: qui significatus frequens est in sacris Litteris. Cognati Christi ad eum dicebant: *Si haec facis, nempe quæ præ te fers te facturum, videlicet quæ propriè ad officium Messiae pertinent, manifesta te ipsum mundo, id est, hominibus passim in mundo.* Ioan. 7. 4. Christus de se ait: *Quæ audivi ab eo, sc. Patre meo, haec loquor mundo,* h. e. hominibus, per metonymiam subjecti. Ibid. cap. 8. v. 26. Sic Pharisæi inter se de Christo inquiunt: *Videtisne nos nihil proficere? ecce, mundus eum sequutus est.* Ibid. cap. 12. 19. Et Servator interrogatus a Pontifice maximo de doctrina sua, respondit: *Ego palam loquutus sum mundo,* id est, quibusvis hominibus in mundo, qui se mihi obtulerunt. Ibid. cap. 18. 20. In primis verò mundi nomine impii filii mundi h̄c veniunt: quo sensu Paulus sapientiam mundi hujus, h. e. hominum mundanorum non regeneratorum Dei Spiritu, stultitiam apud Deum esse afferit. 1. Cor. 3. 19. Sic de omnibus non renatis dicitur: *Totus mundus in malo jacet.* 1. Joan. 5. 19. Hi mundi filii nil aliud quam offendicula aliis objicere possunt. Verè ut de his pronunciariet Ieremias: *An mutare potest æthiops cutem suam, aut pardus liventes maculas suas? etiam vos possetis benefacere, edocere male facere.* cap. 13. v. 23. Cui consonat illud Christi: *Num colligunt ex spinis uvam, aut ex tribulis ficus? Putris arbor fert fructus putres. Non potest arbor mala fructus bonos ferre.*

Matt.

I N M A T T H. X V I I I .

105

Matth. 7. vers. 16. 17. 18. Quid? quod scandalum etiam impij ex optimè factis & dictis capiunt. Nam sicut

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, ac escit: Ita si homo malus sit, male omnia interpretatur, etiamsi optima quoque occurrant. Oculus sanus rectè suum apprehendit objectum, non-sanus perperam. Ita & h̄c res se habet. Qualis enim est oculus interior, id est, ratiōsanā vel corruptā: tale est judicium de rebus bonis, quæ lētificant bonos & malos scandalizant. Nimirum hi illi sunt, de quibus Propheta: *Væ dicentibus de malo bonum esse, & de bono malum: statuentibus tenebras pro luce, & lucem pro tenebris; statuentibus amarum pro dulci, & dulce pro amaro.* Esai. 5. 20. Iste mutuis scandalis se & alios perdunt. Hunc mundum *Væ* ab offendiculis manere Christus affirmat. *Væ* in sacra Scriptura duo præcipue notat. 1. Calamitates & poenas summas, peccatis debitas atque infligendas. Testimonia loquuntur. *Væ genti peccatri ci!* exclamat Propheta, atrocissimas poenas populo Iudaico ob horrendam apostasiam denuncians. Esai. 1. 4. Similiter Ieremias: *Væ Nebunti,* id est, o ingentem calamitatem, quæ accidet Nebunti! Subjicit enim, explicationis ergo: *nam vastabitur, erubescet.* cap. 48. 1. Et Christus de horribili vastatione Hierosolymorum totiusque Iudeæ differens: *Væ, ait, prægnantibus & lactantibus per illos dies.* q. d. tristissima calamitas ipsas illo tam luctuoso tempore premet. Matth. 24. v. 19. Sic de se Paulus: *Væ mihi nisi euangelizem.* 1. Cor. 4. 16. Hic *Væ* istud non modò levem animi ipsius dolorem, sed summam Dei indignationem significat. q. d. necessitas euangelizandi mihi sub gravi penitentiâ incumbit, lētæ nimirum conscientiæ, neglectæ vocationis, & contempti mandata divini. 2. *Væ commiserationis nota est.* Angelus per medium cœli volans, Ecclesiæ imminentes calamitates com-

misi-

O

miserans, voce magnâ dixit: *Væ, vœ, vœ incolis terræ* Apoc. 8. v. 13. Elaias, considerans impietatem populi, & quæ hanc exceptura erat, vastationem, mcerore à rebus istis indesideranter contabuit, & *συμπάθειαν* hisce verbis testatus est: *Macies est mihi, macies est mihi: vœ mihi: perfidiæ perfidiæ agunt, & perfidiæ quidem perfidissimæ perfidiæ agunt.* Pavor, & fovea & laqueus, imminent tibi, ô habitator terræ. cap. 24. 16, 17. Quod ad hunc locum, Verba Christi, *Vœ mundo ab offendiculis interminantis, bifariam intelligi possunt;* 1. *Activè: ut sit sensus;* Mundum qui plenus est scandalorum, aliisque infinita scandala præbet, sibi ipsi æternam poenam attrahere. Ut conveniat cum postrema versus hujus septimi parte: *Vœ homini illi per quem offendiculum evenit.* Et sane mundus dando scandalum, & sibi ipsi nocet, & aliis. *Sibi iphi;* nam æterna peccatores manet poena, in primis eos qui aliis sunt offendicula. Audivimus suprà vers. 6. Christum tonantem: *Quisquis offendiculo fuerit uni ex parvis istis qui in me credunt, presterit ei ut suspendatur mole asinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo maris.* Aliis, nam impios suâ pertinaciâ & peccandi constitudine in malo obfirmant. Hoc nomine Jeremias invehitur in falsos prophetas sui temporis cap. 23. 24. *In prophetis Ierusalaimorum video rem horrendam, adulterando & ambulando in falsitate, quod confirmant etiam manus maleficorum,* ut non revertatur ullus à malitia sua. q. d. Etsi Dei iura cognoscunt, eos qui talia faciunt dignos esse morte, non solum ea faciunt ipsi, sed etiam facientibus patrocinantur, tūm ut loquitur Paulus Röm. 1. 32: Idipsum Deus exprobrat prophetissimis Hierosolymitanis: *Confirmant manus improbi, ut non revertatur à via sua pessima, ut in vita conservem eum.* Ezech. 13. 22. Adhac mundus offendicula ponendo ægrè afficit. Stat enim illud Christi: *In mundo afflictionem habebitis.*

tis. Ioan. 16. 33. Causam hanc istius odii alibi assignat: *Si mundus vos odit, scitis me prius quam vos, illis odio habitum.* Si ex mundo essetis, mundus quod suum est amaret: quia verò ex mundo non esatis, sed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus. Ibid. cap. 15. 18. 19. In primis verò infirmis plurimum obsunt scandalorum authores, quum fidem illorum turbent, ac varios eis in cursu pietatis obices ponant. Atrocissimum hoc est peccatum, ut ex maledictione divinâ liquet: *Male-dictus qui facit ut oœus erret in via: & dicet totus populus, Amen:* Deuter. 27. v. 18. 2. Verùm enim verò quum de poenâ scandalorum authoribus decretâ, & de iis exigendâ, in postrema versus hujus parte agatur, verba hæc passim accipere malum. Deplorat enim Christus mala, quæ propter scandalâ varia, mundo, & ab atque in mundo data, mundo instare atque incumbere cernit. Ea enim Christi omniumque piorum est conditio, ut non possint non miserari vires pereuntium. Certè Christus, *vix urbe Hierosolymâ,* ejusque excidii recordans, *flevit super ea.* Luc. 19. 41. Ast scandalâ hominibus data in causa sunt, cur tām multi rece-dant à Christo, pauci accedant. Perinde enim est, ac si viatori in via impedimenta ponantur, quo minus pergere possit: imò perinde, atque si iter facturi manu ab aliis injectâ retrahantur, & in avia abducantur. Hujus criminis Christus reus peragit Antistites Hierosolymitanos: *Ierusalem, Ierusalem, trucidatrix Prophetarum, & lapidatrix eorum qui ad te missi sunt, quoties volui congregare Liberos tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub aliis, & noluitis?* Matth. 23. vers. 37. Adhac nulla magis noxia est pestis, & quæ plures tristiores atque graviores clades inferat, quam quod multos scandalis turbari vel deficere contingit. Hinc enim non tantum omnis in mundo impietas, Dei contemptus, vita disoluta, sed etiam horrendæ poenæ, quæ orbem universum circumstant.

Odit enim Deus omnes qui operam dant iniquitati. Psal. 5. 6.
Et revelatur ira Dei è cælo adversus omnem impietatem & in-
justitiam hominum, ut qui veritatem iustè derineant. Rom. 1.
vers. 18.

Usus ad παιδείας geminam.

Maximopere atque studiosissimè caveamus, ne turpi-
bus & scandalosis nostris moribus cuiquam simus
causa periculi, vel exitii, vel offensionis. Sic terribile illud *Væ effugiemus.* Sapienter & piè Jacobus Apostolus:
Qui averterit peccatorem ab errore viae sue, servat animam à morte. cap. 5. 20. Ergo tot animas occidisse & in æternum
exitium præcipitasse putandus est, quot pravo vitæ flagitio-
fæ exemplo vel in peccata illexit, vel in impietate confir-
mavit, vel à regia salutis via abduxit. Ecquis vero nostrum
de unâ animâ perditâ rationem reddere sustinebit? Incolæ
sumus mundi, quandiu à cælesti patria exulamus: accolæ
sumus proximorum: *concives sumus sanctorum.* Eph. 2. 19.
Id sollicitè videamus, ne horribono illo *Væ,* temporalibus-
que ac sempiternis peenis, offendicula ponendo, mundum,
proximos & concives oneremus. Sed jure, proh dolor atque
pudor! Prophetæ succlamamus: *quis credit predicationi nostræ:*
& *brachium Iehovæ in quo revelatur?* Elai. 53. 1. Surdis (quod
veteri tritoque proverbio dici solet) narramus fabulam. *Ad*
majorem homines procedunt impietatem. 2. Tim. 2. 16. Circum-
feramus parumper oculos in orbe terrarū, videbimus ubi vis
per omnis generis ordines plena scandalorum plastra in eum
invehi. In ordine Ecclesiastico copiosa eorum est seges,
qui superstitiones fementant, idolomaniam fovent, fanaticas,
absurdas & blasphemias opiniones propagant, hæreticas, fe-
ctariis & schismaticis favent, muros civitatis sanctæ clan-
culum suffodiunt, viamque ad carnis licentiam & Liber-
tinismum

tinismum occultè sternunt. Multi, qui doctrinæ verita-
tem retinent atque tuentur, aliter vivunt quam docent,
dum alii superbia, alii ebrietate, alii avaritia, alii πολυτροποίησι,
alii levitate, alii rixis, alii aliis vitiis scandala præbent.
Similes stritoribus arcæ Noachi, qui eâ exædificatâ, pau-
cis tantum in ea tervatis, miserè diluvio perierunt. Gen. 7.
Et viæ ducibus, qui aliis viam monstrantes, ipsi in coeno ha-
rent, in via impingunt & labuntur, vel de ponte decidunt.
Næ hi plus exemplo obseruantur, quam monitis suis prosunt.
Quum enim ipsi, quæ suadent non faciant, rem propositam,
velut non necessariam, vel ut impossibilem commendant.
Cum ejusmodi flagitiosis doctoribus negotium Paulo fuit,
quos asperioribus his verbis, summâ vocis libertate, per-
stringit: *Qui doces alium, te ipsum non doces? qui prædictas non*
fuerint, furaris? Qui dicas non mechandum, mecharis? qui a-
bominaris idola, sacrilegium admittis? Qui de Lege gloriaris, per
Legis transgressionem Deum afficiis contumelia? Nam Dei nomen
propter vos blasphematur inter Gentes. Rom. 2. 21.—24. Tur-
pe est doctori, quum culpa redarguit ipsum. Nam & Dei
verbo suam autoritatem detrahit, & seipsum contemptui
exponit, omnemq; simul excusationis prætextū sibi ipsi eri-
pit. Merito ergo aures animosq; Ecclesiæ ministrorum feri-
re debebat salutare illud Pauli monitum, quo Timotheum
ad officium faciendum excitavit: *Est exemplar fidelium in*
sermone, in conversatione, in charitate, in spiritu, in fide, in ca-
ritate. 1. Tim. 4. v. 12. In politico ordine multi magnates
& magistratus offendiculo sunt subditis, quando ipsi bonas
leges violent vel non exequuntur, vel pietatem & justitiam
non colunt, vel exactionibus subditos præter fas & nullâ
urgente necessitate, expilant & opprimunt, vel idololatriæ,
superstitioni & false doctrine, sectis & schismaticis patroci-
nantur, vel scortationi, compotationibus, lusibus, aliisque
vitiis sunt dediti. Nam regis ad exemplū totus componitur

C O N C I O Q U A R T A

orbis. Ut heliotropium ad Solem: Ita subditus ad mores dominorum vertuntur. Regem ac principem palatio exeuntem magnus insequitur comitatus: Sic magistratum, affinem, affecatum & deditum vitiis maxima pars populi. Gravissimus est morbus qui a capite diffunditur. Quod in grege aries, & verex lectarius, hoc in populo magistratus. Guaram hoc Siracidæ, ideoque prudenter: *Qualis, inquit, est judex populi, tales etiam sunt ministri ejus: & qualis est dux civitatis, tales omnes habitatores ejus.* Rex rufus perdit populum suum, civitas vero intelligentia potentum habitabitur. cap. 10. 2. 3. Sicut Solis defectio magnorum motuum mutationumq; plerumque argumentum trahit, quod ex tenebris Ægyptiacis, Exod. 10. & tempore mortis Christi factis, Matt. 27. liquidum appareat. Ita regum & magistratum (quorum solium ut Sol coram Deo & subjectis esse debebat. Psal. 89. v. 37.) errores magnam tristemque rebus humanis perturbationem afferunt. Pergo ad ordinem œconomicum, in quo parentes offendicula obiciunt liberis, dum sacros cætus fastidiunt, preces domini negligunt, nomen Dei blasphemant, rixis & contentionibus ædes complent, otiosi vagantur, lusui & luxui dediti sunt, vicinos expilant, & malis artibus emungunt. Nam liberi & domestici, exemplo parentum & herorum corrupti, idem sibi licere opinantur. Parentes qui liberis domi sunt hortatores virtutis & pietatis, ac pessimè vivunt, unâ manu destruunt, quod alterâ struxerunt. Facile destruuntur, quæ longo tempore multisque laboribus ædificantur. Prava parentum exempla sunt funes, quibus liberos suos ad sui pertrahunt imitationem. Ideo Ezechiel, Judæis idololatriam, aliosque corruptos mores exprobans, tribus vetustissimis utitur parabolis, quibus docetur, liberos plerumque mala suorum parentum imitari exempla. Prima est; *Quæsis mater, talis filia ejus.* Secunda; *Filia matris tua es.* Tertia; *Mater vestra Chithæa, & pater vester Emoræus, h. e. Patres*

IN M A T H . X V I I I .

tres vestri; neglecto divino cultu, Emoræorum Chithæorumque leætati sunt idololatriam, & vos ipsorum insistitis vestigiis. Ezech. 16. v. 44. 45. Quod ipsum Marcus Aurelius, liberorum suorum bene instituendorum studiosus, uxori suæ exprobabat. Quum enim de proba filiæ institutione verba faceret: *Quid juvabunt, inquit, matronæ verba ad modestiam & temperantiam ducentia, si nos ad lascivias eam opibus nostris abducamus?* Divites scandalizant egenos, eosque ad impatientiam provocant, & lacrymas eis atque suspiria exprimunt, quando his esurientibus ipsi luxuriantur. Verè enim Salomo: *Comprimentem triticum, exscrabuntur populares.* Prov. 11. 26. Qui tametsi impatientiâ abrepti in avaros execrations & maledictiones plerumq; vibrant, Deus tamen confusos eorum clamores, & cœco furore projectas querelas exaudit & vindicat. Nam si verum sit (quod est verissimum) Deum exaudire clamorem unius afflictus tantillum clamet: Exod. 22. 23. & vociferationes eorum qui mefuerunt, & quorum merces per avaros intervertitur, in aures Domini Sabaoth introire: Jacob. 5. 4. nedum totius populi clamorem exaudiet. Atque hinc est, quod quidam ipsi sibi violentas saepe manus injiciant, & laqueo vitam finiant, quâ aut frumentum, Deo maledicente, computrefeat: aut Deus subitò, præter eorum exspectationem, aliundè populo suo de frumento prospiciat, ut spe lucri, quam conceperant, excidant. Quod peccatum cum ubivis grave existat, tum apud nos gravius est atque atrocior: utpote quibus frumentum non pro pane duntaxat est, sed etiam pro potu: cum in plerisque regionibus aquâ aut vino vivatur commodè, propter coeli æstum aquas magis puras & defæcatas reddentem: Vicissim pauperes offendiculo sunt divitibus; quando eleemosynis in se erogatis improbè abutuntur, suâque petulantiam ipsos in largiendo tenaciores efficiunt: Tales sunt viduæ illæ, pupillique & peregrini, qui opibus ipsi instruunt.

structi sunt. De quibus Salomo : *Est qui pauperem se finit, cui substantia est ampla.* Prov. 13. 7. Hi non tantum in Deum sunt injurij, quem turpissime tentant, & ex facultatis sibi concessis non honorant: sed etiam in homines tum divites, quibus nullam urgente necessitate molesti sunt, & eleemosynas suffurantur: tum in verè pauperes, in quos non tantum nihil ex suis bonis erogant, sed quibus insuper eleemosynas præripiunt. In hoc album etiam referendæ sunt viduae illæ & parentes, quorum quidem ipsorum fortuna tenuis est; sed liberos tamen & propinquos habent, qui à vītā dēp̄yōtū p̄f̄stare eis possunt ac debent. Paulum audiamus: *Quod si qua vidua liberos aut nepotes habet, discant prius in propriam domum pietatem exercere, & vicem rependere parentibus.* hoc enim est honestum & acceptum in conspectu Dei.

1. Tim. 5. 4. Et paulo post: *Quod si quis fidelis, aut si qua fidelis habet viduas, ei suppeditato quantum sufficit, & non onerat Ecclesia, ut ijs que veræ viduae sunt subveniat.* Ibid. vers.

16. Præcipue autem gravissimum offendiculum præbent validi mendicantes, quibus omnes terræ anguli scatent, & de quibus justissima est omnium piorum querela. Horum impudentiam, & sceleratos mores graphicè Vir doctissimus depinxit: *Tanta, inquit, in illis cernitur impietas, profanitas, & tērrimorū quorumque scelerum colluvies atque sentina, ut citius initium quam finem de illis dicendi reperias.* Vitam siquidem omnis religionis prorsus expertem ducunt. Tempa nunquam ingrediuntur, sed semper pro templorum foribus jacent. Itaque nunquam audiunt *sacras conciones, doctrinæ Christianæ rudissimi* sunt, *Sacramentis. nunquam utuntur.* In qua atheismi schola suos etiam liberos instituunt, & secum educant. Cumque incertis semper oberrant sedibus, nemo vel magistratus, vel Ecclesiæ minister in vitam illorum inquirit, omnibus ipsorum res & salutem nihil ad se pertinere existimatibus. Vnde fit, ut sceleratius & cui p̄ us hominum genus sol hodie non videat. Alii enim scortationes,

stu-

*stupra & adulteria clam committunt: hi scorta & adulteras palam circumducunt, & vagas libidines, brutorum instar, exercent. In suavi & turpi otio, alienis se se suaviter pascunt & saginant sudoribus, & mille artibus, mendaciis, dolis, imposturisque victimam querunt. Luxu & furtivis deliciis, computationibusque abligunt, quæ ab alijs extorquent, etiam minis & execrationibus, si fidis suis precibus (in quibus sacro sanctum illud Dei nomen singularis ferè momentis blasphemè profanant) locum non esse vident. Quo certè pacto veris pauperibus, qui in sudore vultus sui laborantes, strenue tamen cum liberis suis egent, bolam ex faucibus, turpissimo furto, imò sacrilegio præripiunt. Quæ furtæ & sacrilegia, ut commodius perficiant, & ad commiserationem alios facilius flectant, resina, pice, sanguine, & similibus sordibus, ad tibias, brachia, vel alijs corporis partibus illitis, deformes vulnerum, ulcerum, & carcinomatum species mentiuntur. Quo eodem pacto non tantum nauseam alijs movent, sed horrorem etiam pregnantibus non raro incutiunt, unde vel abortus, vel monstrosi, deformes, & mutili fætus, in lucem eduntur. Alij claudos, mancos & loripedes se fingunt, cum si opus sit, vel pegaso velociores sint, & Iovis etiam quadrigis in fugam se conjicere possint. In plateis, & ad templorum valvas, non secus, ac si fulmine tacti sint, concidunt, epilephiam simulantes. Propriis liberis, rectâ corporis constitutione, & membrorum omnium usu natis, ut videlicet hæditariam ad illos mendicitatem, cumque eadem tetra sua scelera & flagitia, tanquam patrimonium quoddam devolvant, crura & brachia nonnunquam confringere & luxare, aut membris mutilare, imò etiam exponere compertum est. Quoties vero deprehensi idem sunt proditores terrarum & ditionum, incendiarii, latrones, philtra & aconita miscentes, & quis omnia percenseat? Hæc Zepperus, libr. 2. polit. Ecclesiast. cap. 19. de validis mendicantibus, pag. mihi 405. Istos Paulus coercendos, & ad laborem cogendos esse, monet: *Quum effemini apud vos, hoc demandabamus vobis: quod si quis nolit operari, etiam non edito.**

CONCIO QUARTA.

dito. Audivimus enim quosdam ambulare inter vos inordinate, nihil agentes, sed inaniter sat agentes. Iis autem qui sunt istiusmodi, mandamus, & precamur per Dominum nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operantes, suo pane vescantur. Quod si quis non auscultat nostro per epistolam sermoni, hincnotate: & ne commercium habete cum eo, ut erubescat. 2. Thess. 3. v. 10. 11. 12. 14. Neque duntaxat scandala præbent validi mendicantes, sed indigenæ quoque, qui eleemosynis adotium, curiositatem, discursationes & oberrationes per domos, traductiones, sycophantiam & obtrectationes abatuntur, suspectæ sunt pudicitia, vitam impiam & dissolutam agunt, ingratos fesse benefactoribus, rebelles item & refractarios ad quascunque admonitiones præbent: quorum iterum non exiguus est numerus. Hi ut sedulò admoneantur, & ad emendationem usque eleemosynis priventur, res ipsa postulat, cum ne ipsi in peccatis suis foveantur, sed hoc pacto ad resipiscientiam exstimentur (quæ optima omnium est eleemosyna) tum ne divites, quod de liberalitate suâ inutiles fuci, maledici, scortatores, prostibula, atque omnini turpitudinis coryphæi ex Ecclesiæ ærario alantur & foveantur, adeoque manus ipsis ad dandum occludantur. Huc digitum Paulus intendit, inquiens: Ambitiose contendite quieti esse, & res vestras agere, ac operari propriis manibus vestris, sicut vobis mandavimus. 1. Thess. 4. 11. Et memorabilis est, ac in hanc rem conspicua exhortatio Siracidæ: Quum tu vis de aliquo bene mereri, cognosce cui benignè facias: & beneficiorum tuorum extabit gratia. Benignè fac pio, & referantur tibi gratia, si minus ab eo, certè ab Altissimo. Perseveret. Erga pius liberalis ac benignus esto, impium vero tua ope ne comprehendas. Apud bonos viros tua pone beneficia, atque inimicos nihil opis contuleris. Benefac afflito, neque impio quic-

IN MATH. XVIII.

quicquam largiaris: prohibe eum cibis tuis, neque ei dederis, ne his adjutus te opprimat. Alioqui duplicita recipies maleficia pro beneficiis omnibus que in illum contuleris. nam & Altissimus improbos odit, panasque ab his meritas repetet: eos autem in diem accerime vindictæ reservat. c. 12. 1--7. Satis de pauperibus alios scandalizantibus. Mulieres quoque & puellæ saepe scandalum præbent viris & juvenibus, & hi illis vicissim quando sibi invicem vel gestu vel nutu, vel dicteriis atq; vestitu, ac in primis turpi & meretricia membrorum, quæ natura ipsa recta vult, ostentatione & nudatione, mutua libidinis irritamenta subministrant. Salomo nativis & vivis coloribus scandala quæ adulteræ ac meretrices objicere, & blandos sermones, impudicos gestus, & flagitosos mores, quibus vecordes amasios ad se pellicere atque corrumperem afferunt, depinxit, ita alloquens juvenem: Fili mi, dic sapientię, Soror mea es, & affinem prudentiam voca; ut servet te à muliere extera, ab aliena sermonibus suis blandiente. Nam per fenestram domus mea, ex fenestella prospicet, vidi inter fatuos, animadvertis inter filios, puerum dementem: qui transiens per vicum juxta angulum illius, via ad domum illius gradiebatur. Crepusculo, vespere diei; nigra nocte & caliginosa animadvertis. Quum ecce mulier processit obviam ei; ornata meretricio, & circumspecta animo. Quæ strepera est & contumax, in cuius domo non harent pedes ejusmodi foris, modi in plateis; aut prope quemque angulum insidiatur) Et prehendens eum osculata est eum; obfirmansque vultum suum, dixit ei: Sacrificia eucharistica apud me sunt, hodie reddidi vota mea: idcirco prodi obviam tibi: studiosè querendo faciem tuam, commode invenio te. Caducis instruxi spondam meam; variam emblematis, linteis Ægypti. Suffici cubile meum, myrrha, Santalis, & cinnamomo. Age, incumbamus ubertim amoribus ad matutinum usque; nos ipsas exhibaremos amatoriis. Nam non est vir domi sua, absit via longinquā: loculum pecunie accepit in manum suam: die statu redibit domum suam. Flexit eum multitudine disciplinae sua,

blauditiam labiorum suorum impulit eum. Sequitur eam subito;
tamquam bos ad matationem abit, & velut compeditus ad eru-
ditionem stitorum. Donec dissecet culter jecur ipsius, quemad-
modum festinat avis ad laqueum, nesciens contra vitam suam il-
lum esse. Itaque nunc filij, auscultate mihi; & attendite ad
sermones oris mei. Ne declinato ad vias illius animus tuus, ne
aberrato in semitas illius. Nam multos confessos dejectit, & nume-
rosi sunt omnes interfecti ab illa. Via ad sepulcrum sunt via ad
domum ejus, descendentes ad penetralia mortis. Prov. 7. v. 4. &c
seqq.. Atque haec & his longè atrociora fiunt in mundo to-
tà die. Ut non immeritò Christus dicat: Væ mundo ab of-
fendiculis!

I I. Ne mundi ac impiorum sceleratis exemplis ad imitan-
 tam eorum impietatem trahi nos patiamur. Nihil enim periculosius est pietatis studio, quam si velit quisquam
 in causa religionis, fidei ac salutis, immundum mundum,
 vel cœca & errabunda patrum vestigia, vel prava multitudinis exempla sequi: quum mundus tot tantisque offendiculis plenus sit. Stat illud Ioannis: *Quicquid est in mundo, cupiditas carnis, & libido oculorum, & fastus vitae, non est ex Patre, sed ex mundo est.* I. Ioan 2. 16. Certum & hoc est, in mundo semper plures esse malos. Vix quarta pars feminis verbi divini in bonam terram cadit, fructumque edet. Matt. 13. vers. 8. Coeca quoque humana ratio est in rebus divinis, juxta illud Pauli: *Animalis homo non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei: sunt enim ei stultitia, nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter adjudicantur.* I. Cor. 2. 14. Ut mirum haud quaquam sit, eos errare atque offendere, qui mundi autho-
 ritate ducuntur. Huc etiam spectat Christi pronunciatus: *Introite per angustam portam: quoniam lata est porta, & spatiose*
via quæ abduxit in exitium, multique sunt qui introeunt per eam.
Quia angusta est porta, & stricta via quæ dicit ad vitam, & pauci
sunt qui inveniunt eam. Matth. 7. v. 13. 14. Spatiose viam appellat

appellat Servator illud vitæ genus atque studia, quibus major hominum pars intenta, ad latam & omnis horis patientem perditionis portam festinat. Non uno calle aut sentitâ constat spatiose isthac via, sed innumera habet di- verticula, quæ singula nos abducunt, vel potis seducunt. Quemadmodum enim per deserta loca aut sylvas profundas unica ferè via est, quam qui sequeantur, tuta evadunt; diver- ticula autem & avia multa sunt, quæ vel pastores, vel lignatores, vel etiâ prædones atque latrones ad sua lustra sectantur: Sic in hoc mundo unica quidem ad vitam via est, avia autem infinita errorum & superstitionum, occasiones item innumeræ voluptatum atque scelerum, quæ omnia tandem ad unum finem sive exitum perditio- nis diriguntur. Mirum autem nulli videri debet, quod multi per haec avia ingrediantur. Quum enim naturâ pec- catores simus & mendaces, carni valde arrident errores & exempla mundi, eo quod corruptæ naturæ & carnis rationi consentiant, ac insuper Satanæ lenocinijs commendentur, & à multitudine probentur. Quare laudem merentur, suæque saluti consulunt, qui omnem adhibent diligentiam atque industriam, ut in paucorum numero inveniantur, & perstrictam viam & angustum portam ad vitam æternam pergent: memores dulcissimi pronunciati Servatoris sui: *Ne metue, parve gressu te. nam libuit Patri vestro dare vobis regnum illud.* Luc. 12. 32. Quod homines hujus mundi præcipites plerumque ad nequitiam agit, quia nimis mundi multo maximam partem eò rapi vident, & paucos se ad studium pietatis conferre deprehendunt, id Dei filios cum primis ab iniuritate abstergere debet atque abducere, eosque foli- citare ut excubias assidue agant, ne hominum multitudine, ceu rapido torrente, asportentur. Quid si militum cohors cum hoc præmonitu in aciem educeretur, fore ut ex centenariis tantum decem superstites maneant, alia vero cohors,

cum hac præfigitione in aciem procedat, fore ut decem duntaxat ex centenis occumbant: nónne prioris cohortis milites impensis sollicitos fore existimamus, ut ad omnem se cautionem excitent, quod periculum declinent? Ab eadem causa Paulus clamat: *Ne vos configurate seculo isti: sed transformate vos per renovationem mentis vestrae, ad hoc ut probetis quæ sit voluntas Dei, bona illa, placens ac perfecta.* Rom. 12.2. Necessarium & saluberrimum præceptum: ne pro vitæ regulâ reliquorum hominum opiniones aut mores sumamus, sed huic seculo penitus renunciantes, Dei nostri voluntatem, sicut est nobis in verbo ejus patefacta, nobis pro scopo proponamus. Eamidem prorsus regulam David tradit, eodem modo piam vitam describit: *Beatus est vir ille, qui non ambulat in consilio improborum, & in via peccatorum non stat, & in sede derisorum non sedet. Sed in lege Iehovæ oblectatio ejus est, & de lege ejus meditatur die & nocte.* Psal. 1. 1. 2. Hæc summa est Christianismi, seu vitæ Christiano homine dignæ: Qui Deo vult servire, videat modò, ut à mundo ejusque cupiditatibus se abstrahat, & voluntatem Dei sciat atque faciat. Quamdiu mundum quis sequitur, Deo servire non potest. Mundi regula hæc est: *Vulnandum cum lupis.* Longè aliter Deus: Qui vult esse ovicula Christi, non lupi instar ululet, sed oviularum proprietates habeat necesse est. *Oves veræ vocem Christi pastoris sui nörunt & audiunt, atque pastorem suum sequuntur.* Ioan. 10. 4. 27. Qui cum lupis ulularint, cum ijsdem ex ovili exturbabuntur. Potest quidem aliquis aliorum se moribus atq; ingenio attemperare, ipsisq; gratificari: sed quatenus non requirunt, quæ contra Deum sunt. Secus enim standum regulâ Apostoli: *Obedire oportet Deo potius quam hominibus.* Act. 5. 29. Exemplo rē illustrō: Potest quis bonâ conscientiâ in alterius gratiam (licet sit homo mundanus, irreligious) molestum ac difficile iter suscipere. At in cuiusquam gratiam potare, scortari, vel in alia

se ingurgitare flagitia minimè. Hic hic succurrat, quod monet Apostolus: *Ne vos configurate seculo isti. Nisi hoc observaveris, nunquam Christianè vixeris.* Nec est quod regeras: Irrascentur mihi homines mundani, si non configuravero me ipsis, comportando, luxuriando, &c. Atqui præclarum est & tutissimum in adversis præsidium, amicos habere multos & autoritate præditos. Resp: Veros amicos in mundo reperi inter eos, qui carnis affectu adhuc reguntur, nunquam tu probaveris. Solent enim tales amicitiam utilitate metiri, ac proinde tñā cum fortuna in horas mutantur. Graviter Joannes: *Ne diligite mundum, neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.* 1. Epist. 2. 15. Nec leorsim sentit Jacobus Apostolus: *Adulteri, inquit, & adulteræ, nescitis amicitiam mundi, inimicitiam esse adversus Deum?* Quicumque ergo voluerit amicus esse mundi, inimicus Dei constituitur. cap. 4. v. 4. Tale est mundi cum Deo dissidium, ut quantum quisque in mundum inclinat, tantudem à Deo alienetur. Adeoque fieri non potest, ut simul quis Deo & mundo placeat. Quemadmodum enim sponsa, si se junxerit adultero, protinus ab amore Sponsi excidit: Ita Christianus, si denuo amicitiam cum mundo colere tentet, protinus inimicitiam suscipit cum Deo, cui nihil convenit cum mundo: *Quæ communio lucis cum tenebris? Et quæ concordia Christo cum Belial?* 2. Cor. 6. v. 14. 15. Sponsus homo non fert sponsam cum adultero colludentem, non patitur dividi connubiales amores, & tamen duxit dotatam, duxit ingentiam, duxit rebus integris. Christus sponsam suam, quam servavit ab exitio, quam asseruit à servitute, quam abluit à peccatorum foribus, quam vestivit nudam, quam tot donis gratuitis abunde dotavit inopem; rursus patietur cum Diabolo adultero, aut cum pravis hujus mundi desiderijs habere commercium? Nec est quod nobis ab irâ mundanorum hominum metuimus.

mus. Facilè enim illa sedari potest. At Deo irascente, ecquis erit qui ab ejus manu eripiat? Est enim ira Dei *ignis consumens*. Deut. 4. 24. Iam revera ira scitur iis, qui gravant corda sua crapulâ & ebrietate, Luc. 21. 34. ac æternæ eos morti adjudicat. *Ebrios non possidebunt regni Dei hereditatē.* 1. Cor. 6. 10. Sic de aliis etiam rebus judicandum, quæ Deo ejusque verbo repugnant. Mundi hoc est ingenium, ut iis maximè rebus delectetur, quibus Deus maximè offenditur. Quod si ergo Deo servire cupimus, necesse est hæc animo tententia fedeat, in nullius hominis gratiam nos velle peccare, adeoque malle universi mundi iram atque indignationem subire, quam vel semel in mundi gratiam Dei mandata transgredi. Nec refert, quod pro stultis & fatuis habentur, qui mundi mores imitantur. Stultitia etiam & fatuitas ista pulcherrima in Dei oculis sapientia est. Hinc Apostolus: *Si quis sibi videtur esse sapiens inter vos in hoc seculo, stultus fiat, ut fiat sapiens.* 1. Cor. 3. 18. *Exire è mundo non possumus.* 1. Cor. 5. 10. tantum ne mundi studia sequamur. Versemur in mundo, ut medicus inter ægrotos, & sanare eum hortationibus bonisque exemplis studeamus; morbos vero peccatorum ab eo ne attrahamus. Ut pescis in mari falso minimè salutis est: *Sic nec nōs ex impij mundi mari falsuginem malitiae imbibamus.* Huc spectant illa Pauli: *Qui utuntur hoc mundo, sint ut non abutentes.* præterit enim habitus hujus mundi. 1. Cor. 7. v. 31. Item: *Estate inculpati & simplices, Dei, inquam, filij inculpati, in medio gentis pravae ac perverse: inter quos homines splendetis, ut faces in mundo.* Philip. 2. vers. 15: Odorem bonæ fragrantiaæ, in omnibus nostris actionibus impiorum naribus obtrudamus: sicut Noachus in primo mundo, Lotus in Sodoma, Josephus in Ægypto, Daniel cum socijs in Babylone, Naaman in Syria, alij alibi fecerunt. Sit mundus nobis exilium: solum Dei verbum regula, ad quam fidem & vitam formemus. Semper etiam circumsonent

sonent aures nostræ voce Jehovæ: *In statutis patrum vestrorum ne ambuletis, & jura illorum ne observetis. Ego sum Iehova Deus vester, in statutis meis ambulate; & jura mea observe, ac facite ipsa.* Ezech. 20. 18. 19.

II. SCANDALA SUNT NECESSARIA.

Neceſſe eſt enim ut veniant offendicula, ait Christus. Verba hæc continent confirmationem prioris ſententiæ. Nempe offendiculum eſt malum inevitabile: nec fieri aliter potest, quin offendicula mundū perdant. Ab hoc malo nunquam immunis futura eſt Ecclesia, nec eſſe potest. Eſt autem duplex necessitas. *Absolute*, quæ impediri nequit. Sic Deus eſt eſſentia bona, iuſta, æterna, &c. naturā, adeoq; absolute necessitate, quā à nullo superiori dependeat. Alia necessitas eſt hypothetica, quando ex præluppositione certarum cauſarum necessariò aliquid ſequitur. Ut cum medicus ex inordinata ægri alicujus diæta colligit, necessariò ipſi moriendum eſſe. Hæc necessitas non tollit contingentiam cauſarum proximarū, neu humanae voluntatis libertatem. *Sic necesse eſt ut veniant offendicula;* non quod æternum tale Parcarum quoddā fatum fit, quod rebus necessitatē afferat: neque quod Deus vel primā ordinatione, vel quotidianā coactione, vel fatali lege homines ad peccandum cogat: sed quod Satanae potentia ac malitia, & hominis ei ſubiecti corruptio, omnino ejusmodi fructus, quaſi naturali quādam vi ac rerum ſerie, proferant. Iſtæ & ſimiles cauſæ efficientes offendiculorū ſemper erunt, nec mutabuntur in hoc mundo. Atq; respectu harum cauſarum proximarū liberrimè & contingentē agentium, ſcandala contingentē præbentur, & contingentia dicuntur. Contingenter & liberrimè & malitioſe excogitantur, invehuntur, & dantur ſcandala à Satana ejusque organis, flagitiosis hominibus. Poffent enim non excogitare & dare, aut aliter excogitare & dare. Et tamē *necesse eſt ut veniant ſcandala:*

Q

1. Pro-

1. Propter Satanam, gloriæ divinæ ac salutis humanae hostem, qui interquiescere non potest, donec scandalis objectis, à veritatis & pietatis tramite homines abductos, in perditionis barathrum præcipites egerit. Pertinax hoc ejus studium Petrus describit, ad circumspectionem nos ex stimulaturus: *Sobrij escole, vigilate nam adversarius ille vester Diabolus, ut Leo rugiens, ambulat querens quem absorbet.* 1. Epist. 5. 8. Sine inducijs arcem cordis nostri circuit, & consultat quā ratione oppugnari & expugnari possit. Quod si hāc viā non succedit, aliam init. Si depressoſis avaritiam, exurget libido: quod si libidinem superaveris, succederet ambitio: si ambitio à teſuerit devicta, ira, emulatio, invidentia, superbia, ebrietas, cum cæteris suis pestiferis sociis, te infestabunt. Ar. es & infidias diabolicas verbis hiſce depinxit Cyprianus: *Diabolus dictus serpens, quia cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit (unde nomē serpentis acceptū) ea est ejus astutia, ea est circumveniendi hominis caca & latebroſa fallacia, ut afferrere videatur nocte pro die, venenum pro salute, desperationem sub obtentu ſpei, perfidiam sub pretestu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi: ut dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate fruſtrentur.* Nam transfigurat ſe in Angelum lucis. Tractat. 3. de Simplicitate Prælatorum. Diabolus primarius scandalorum omnium author est. Ille astutè & blando atque specioso ſermone Evæ, omnium nostrūm matri, scandalum obtrufit. Diserte Paulus: *Serpens Ewam seduxit calliditate ſuā.* 2. Cor. 11. 3. Diabolus est venator nocentissimus, & aucepſ versatissimus, qui elcā peccatorum paſſim objectā, retibusque ac laqueis scandalorum tensis, homines irretit, circumvenit & proſternit. Psal. 91. verſ. 3. Offendiculum posuit Davidi, ut otiosus domi desidens laſcivè circumspiceret, & ſpectaculo nudataꝝ ſequē lavantis uxorū Uriæ immoraretur, eamque accerferet, & compressam ex le concepiffe audiens, mari-

tum

tum ē caſtris revocaret, ut partus illius haberetur: utque quā hoc non ſuccederet, remiſſō in caſtra. Uriā cum litiris, Joabo mandaret, ut interficiendum hostibus objiciat, ut eo interfecto viduam ejus duceret. 2. Sam. 11. Sic Diaboli iſtinctu idem David populum numerari juffit. Clarissimè Spiritus sanctus: *Instans adversarius contra Iſraēlem, incitavit Davidem ad numerandum Iſraēlem.* 1. Chron. 21. 1. Petro quoque Apoſtolorum primo & coryphæo, ſcandalum posuit Satan, perſuadendo ei, paſſionem & mortem Christo Magistro inhonorificam eſſe, adeoque omnibus modis impediendam & avertendam: quamobrem Satan Petrus miſer audivit. Matth. 16. 22. 23. Rursus Satanas Apoſtolos, ac ſpeciatim Petrum ſicut triticum ventilaturus, omnemque ipſis fidem, ac confeſſionem & dilectionem Seruatoris excuſlurus, Luc. 22. 31. Petro ſcandalum objecit per ancillam, militesque & ministros Iudaicorum procerum, qui ſuis vexationibus, exprobrationibus, atq; accusationibus eum ad Christi abnegationem impulerunt. Ibid. v. 55. & ſeqq.

2. Propter mundi malitiam, qui nihil aliud novit quam impedimentis & scandalis viam planam & expeditam obſepire atque obſtruere. Nempe ita corruptum & perverſum eſt judicium mundi in ſua imaginaria & ſtulta ſapientia, id eſt, aſtutia & malitia, ut neceſſariò ſcandala eveniant. Non potest arbor putris & mala fructus bonos ferre. Matth. 7. 18. Que Spiritus Dei ſunt, non capiſ mundus, nec potest ea cognoscere: quin potius ſtultitia ei ſunt. 1. Cor. 2. 14. Etiam quæ in ſe lunt optima, mundus peggia refutat. Prædicationem de Christo cruciſixo, offendiculum, ſtultitiam, ignominiam. 1. Cor. 1. 23. crucem, ſignum divini dñi, Euangeliū, adorem mortis ad mortem; 2. Cor. 2. v. 16. eleemosynas & quicquid Christo, ejusque ministris & egenis membris impenditur, perditionem. Matth. 26. 8. Mundus eſt pagus cœnolus, quem nemo, ne sanctissimus quidem mun-

Q 2.

mundis transit pedibus. Mundus diversorum est, plenus nebulorum, irrisorum, & seductorum, in quod se recipiens filius Dei, vel ludibrio & contemptui improbis illis hospitibus est, vel ad eandem luxus profusionem & impietatem cum ipsis concurrit. 1. Petr. 4. 4. Mundi typus Sodoma fuit, & Sodomita hominum mundanorum. *Iustus Lot lascivus nefariorum Sodomitarum conversatione fatigatus est. Iustus enim ille, quem habitaret inter eos, indies animam justam sceleratis illorum factis, & videndo & audiendo excrucibat.* 2. Petr. 2. 7. 8. Mundus est officina nequitiae, domus flagitorum, & scandalorum datorum atque acceptorum: est calumniarum sentina, quam suffunduntur ac onerantur omnes qui Deum piè colere satagent. Est arx infidiarum, ex qua filii Dei fraudibus & insidiis oppugnantur, si apertâ vi & tyrannide expugnari non possint. Meretrix est perniciosa, quæ adulterinæ suæ pulchritudinis desiderio spectatores deliros ad concupiscentiam & concubitum trahit. Pix est mundus, quamlibet levi attactu tangentes inquinat. Viscus est, miratores suos capit atque involvit. Laqueus est, incertos ac parvum cordatos scelis objectis allicit, allectos capit, & captos ad perniciem suam tenet, nisi Dominus Iesus brachium suum è. coelo porrexerit, ac virtute suâ eos liberarit.

3. Propter hominum scandalizatorum tūm malitiā, quia delectantur scandalis, & libenter malitiā propinatam imbibunt, ut pisces aquam. Job. 15. 16. vel infirmitatem, quia pares non sunt vincendis & resistendis scandalis. Equidem infirmum trūlum & propulsum cadere oportet, nisi sit qui sustineat: & præcipitem petulanter ruentem quis retinebit? Mirum est, magnetem ferrum attrahere: at mundum, in sui amorem homines pellicere, mirum adeò non est, atque si torrens & amnis rapidus de monte defluat, curru citato cursu ex alto feratur, viator vestigia odyḡs legatur; & præcentori aliis succinat. Quum enim natura

ad:

ad mundana studia propensi simus, multis illecebris blanditiisque opus non est ad hoc ut mundo conformemur. Solus tei prius amatæ aspectus nos hic invitat & allicit: quem admodum fallax meretrix procum, esca hamo affixa pisces: & sicut aër venenatus ambulantes sub eo inficit. Instar diluvij sunt mundi filij, quod rapit & abducit arbores radice altâ destitutas. Similes sunt pij his qui carbonariis & molitoribus conversantur: hi sibi cavere vix ac ne vix quidem possunt, quin ab illis aliquid nigredinis vel albedinis contrahant.

4. Tandem Deus, justissimo & sapientissimo iudicio, scandalata evenire permittit, tūm propter impios, tūm propter pios. Propter impios, ut justam impietatis mercedem recipient. Sic enim rebellionem & contentum verbi sui ulciscitur. Sic impij tanquam quisquiliæ & paleæ per scandala à puro tritico excutiuntur. Tale erat offendiculum, quod Pharaoni regi dabatur à præstigiatoribus & Magis Ægyptiis, qui suis præstigiis ad signum baculi in draconem conversi eum obstinationem fecerunt, ita ut ne plaga quidem aquarum in sanguinem versarum percussus, à pertinacia destiterit, eorumdem Magorum fascino excæcatus. Exod. 7. 13. & seqq. Sic Deus inpietatem Achabi punivit per scandala ipsi à prophetis mendacibus objecta. His enim fidem habens, in bellum contra Syros protectus est, & in illo occubuit. Ita enim textus sacer: *Dicente Iehovâ, quis pelliciet Achabum, ut ascendat & corruat apud Ramothas Gilhadis?* hic dixit hoc modo, & ille dixit illo modo. Tandem prodidit quidam spiritus, qui consistens coram Iehova dixit, ego pelliciam eum: dicente vero Iehova ei, quo pacto? Dixit, egressus ero spiritus mendacij in ore omnium prophetarum ejus: tūm dixit Iehova, pellicies, etiamque prævalebis, exi & fac ita. Quare nunc ecce indidit Iehova spiritum mendacij ori omnium istorum prophetarum tuorum: interea loquutus est Iehova contra te malum. 1. Reg.

Q. 3

220

22. 20—23. Apostolum quoque audiamus, de scandalis ab Antichristo & regni ejus promachis, incautis & cæcis ejus affæclis, in horum perniciem, objiciendis, differentem: *Cujus, inquit, adventus est ex illa vi efficaci Satane, cum omnibus potentia, & signis, ac prodigiis mendacibus: & cum omni seductione iniquitatis iniis qui pereunt: propterea quod amorem veritatis non receperant, ut salvi fierent.* Ideo igitur mittet eis Deus efficaciam erroris, ut credant mendacio: ut damnentur omnes qui non crediderint veritati, sed acquieverint in iniquitate. 2. Thess. 2. 9.—12. Neque tamen propterea dicendus est Deus scandalorum author aut approbator. Absit. Piè David: *Non es Deus fortis qui delectetur improbitate: non est commoraturum apud te malum.* Psal. 5. 5. Et Christus ipse mox, hoc eodem versu, denunciatione poenæ contestabitur, sibi scandalorum omnia vel maximè esse adverba, summeque displicere. Sed justo iudicio peccata peccatis punit, quam ipse justus sit & maneat: de quo latius in sequentibus. Propter prius quoque scandalorum evenire finit Deus, ut per ea fidem, constantiam, & obedientiam eorum exerceat, atque in lucem protrahat. Haurire hoc atque discere est ex Apostolo, qui accennatissime ad hanc rem: *Oportet, inquit, etiam hereses inter vos esse, ut qui probi inter vos sunt, manifesti fiant inter vos.* 1. Cor. 11. 19. Quemadmodum in urbe, quæ tranquillâ placidâque pace fruitur, cives omnes habentur probi atq; fideles: at seditione motâ, & pace turbatâ, manifestantur, qui magistratui fidem præstant, & bonum ac tranquillitatem publicam querunt & conservatam cupiunt. Nam hi à seditionis se separantes, magistratum sequuntur atque defendunt. Sic in altâ Ecclesiæ pace consensum in doctrina omnes profitentur, ac cum sinceris & orthodoxis annumerantur. At exortis heresis & scandalis, probatorum & hypocritarum fit separatio. Illi enim firmiter Deo adhærent, neque in errores se & peccata abduci patiuntur. Isti contrâ seduci se finunt.

Exem-

Exemplum illustre extat Ioan 6. Exorto scandaloso propter doctrinam Christi de mandatione coproris, & bibitione sanguinis ipsius, Capernaitæ discesserunt. Petrus & reliqui Apostoli apud Christum manserunt. Uxor proba & pudica ad stuprum solicitata & occasionem nacta, fidem in-violatam marito suo servat; impudica & improba fidem transgit: Ita germani Christiani scandalis tentati, non recedunt à Deo, uti hypocritæ facere assolent.

Uſus ad παραδεῖσαν.

Cautio nobis summâ est opus & circumspectione, quomodo per varia scandalorum, à Diabolo & mundo objecta, pergamus, ne isdem involvamur. Hic in regno Diaboli sumus, non secus quam si peregrinus aliquis in diversorum veniret, in quo sciret omnes latrones & prædones esse. Proculdubio antequam in eam domum ingredieretur, si omnino ingredi oporteret, quantum posset se muniret & instrueret, neque multum in ea dormiret: ut rursum illæsos illinc abire liceret. Simili cum discrimine nos in terra hinc vivimus, ubi rerum potitur & principem agit Diabolus: quia ita in potestate sua corda hominum impiorum possidet, ut per ea quæcumque libuerit efficiat. Terroris res plena est, si quis expendat. Hic ergo, Petro monente, *fabrios nos esse oportet, & vigilare.* 1. Epist. 5. 8. Pace ut plurimum ad desidiam abutimur. Atque hinc sit ut subinde nos hostis circumveniat & opprimat: quia tanquam extra periculum constituti, pro carnis libitu deliciamur. Nihil magis metuendum in cursu pietatis, quam ne pij incauti scandalis ab eo retrahantur. Ideoque apud Lucam Christus admonitionem hanc, brevi quidem, sed gravi admodum epiphonem concludit: *Cavete vobis.* cap. 17. 3. Qui viam impedimentis repletam & obiectam ingressus est, cautè ambulat,

lat, ne impingat, aut cadat. At vix pedem in hoc mundo figere & proferre possumus, ubi Satan & impij scandalum nobis non posuerint. Cautione ergo opus. Premenda nobis sunt vestigia Apostolorum, qui auditâ hac Christi præmonitione, orant, *Domine, adauge nobis fidem.* Ibid. vers. 5. *Hæc enim est victoria quæ vicit mundum, nempe fides nostra.* 1. Ioan. 5. 4. Sine illâ impossibile est non impediri in via veritatis. In tantum ut non vereatur pronunciare Apostolus: *Quicquid ex fide non est, peccatum est.* Rom. 14. 23. Illa namq; sola est, quæ quia nititur verbo, mandatis, & promissionibus Dei, quæ fallere nequeunt, omnes tentationes Satanae & offendicula superare potest. Sic offendiculum ab hera lasciva positum removit Iosephus. Fidei clypeo & gladio verbi divini armatus, heræ ad stuprum impudenter sollicitanti, respondet: *Quomodo facerem malum hoc maximum, & peccarem in Deum?* Gen. 39. 9. Iisdem armis Christus ipse Satanae tentationes & offendicula sibi ab eo objecta repulit & superavit. Diabolus esurienti Domino lapides objiebat, dicens: *Si filius es Dei, dic ut isti lapides panes fiant,* Matth. 4. v. 3. Nimurum hoc agebat, ut Christo filialem in coelestem Patrem fiduciam expectoraret. q. d. Deus de cœlo testatus est, *te esse suum dilectum Filium.* Ibid. cap. 3. 17. Quid verò hoc, quod esuris in deserto? Dei Filium esse, & famelicum esse, quomodo convenit? Verùm Christus, fiduciam filialem fixam animo & firmari retenturus, objectis sibi à Diabolo lapidibus, opponit Dei verbum, per quod famelici æquè saturantur, ac per panem. *Scriptum est,* inquit, *Non solo pane vivet homo, sed ex quovis verbo prodeunte per os Dei* Ibid. cap. 4. 4. Non solus panis efficax est ad vitam hominis tuendam: sed in benedictione Dei omnia sita sunt. Alioqui iij, qui sunt in locuplete penu, essent vacissimi. Satanas semel repulsus à Christo, pugnam reintegrit, novumque ei offendiculum ponit, ut ad temerita-

ritatem eum & foedam Dei temptationem inpellat. Assumit eum Diabolus in sanctam urbem, & statuit eum super pinnas templi, dixitque ei: *Si Filius es Dei, dejice te ipsum deorsum.* q. d. Si te per aëra præcipitem egeris, omnibus miraculo eris. Et quia Scripturam sibi à Christo opponi viderat; ex eodem ipse armamentario tela promit: sed fide malâ. Ait, *Scriptum est* (sc. Psal. 91.) *Angelis suis mandabit de te, & ipsi attollent te in manus, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum.* Omittit verba illa: *In viis tuis.* Hæc autem non erant viæ Christi. Christus, gladio Spiritus arrepto, ad mutilatum à Diabolo Scripturæ testimonium aliud reponit: *Vicissim scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.* vers. 5. 6. 7. Tentant autem Deum, qui media ordinaria à Deo constituta relinquent, ac contra & præter Dei mandatum quid faciunt. Diabolus semel iterumque repulsam passus, tertio Christum aggreditur, eique in montem præaltum ducto ostendit regna mundi, eademque se ei daturum superbè pollicetur, sub conditione adorationis. vers. 8.9. Nimurum, quem fame de statu suo dejicere nequivat: quem specioso Scripturæ sacræ colore ad confidentiam propellere non poterat; in illum totius mundi opes & gloriam congerit; ut quem non frangebant res adversæ, frangerent secundæ. Præmium poscebat sui cultum & adorationem: quo obtento, de omni ejus fide & officio conclamatum existimabat. Tantundem autem dicit: Age, video te virum esse, qui indignè admodum esurias & contemparis. Ego uno momento & à fame & à contemtu te vindicabo. En tibi to tuis mundi regna, opes, & gloriam. Tua sunt ista regna, tua opes, tua gloria: tantum me pro Deo habe, idque coram me prostratus adorationis testimonio fac ratum. Ibi Christus, ad indignationem adductus, regerit illud: *Abi Satana.* q. d. Adoret te abyssus inferni: non ego, quæ promittis, tua non sunt. Ind sine Dei permisso, ne porcorum quidem gemitum

gem invadere potes. Deus is est qui stabilit & transfert regna. Sed & gladium verbi divini stringit Christus, ac disfutura Dei mandatum opponit: *Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli servies.* v. 10. Et hæc maxima est fidei gloria, quod nec mundo, nec mundi sapientia, gloria, potentia, crudelitati, nec etiam hypocrisi ac simulata pietati longæve conluetudini, vel unanimi errantium consensu, imò ne inferorum quidem portis cedit. Eapropter Petrus, postquam Diaboli ferocitatem & astutiam in oppugnandis pijs graphicè depinxisset, subjicit: *Cui obfistite firmi per fidem:* 1. Epist. 5. 9. Contra incredulos robore valet Diabolus; contra credentes imbellis est. Quicunque Dei verbum corde apprehenderint, eique fide adhæserint, numquam à Diabolo vincentur, sed ab eis fugiet. Quum poterit quis dicere, Hoc dixit Dominus meus: hic consisto, hoc nitor; videbit illico abscedere Satanam. Loquitur historia congressus Diaboli cum Christo in deserto. Scripturis con-victus Tentator, *Christum omisit.* Matth. 4. 11. Sed quā est Diabolus astutiā, ægrè hominem huc pervenire patitur: con-natur summè ut hunc ei gladium eripiat. Quod facile perficit quum pigescere hominem efficerit, corpore jam animoque ad pugnam inepto, & in luxum ac lasciviam pro-penso. Sic namque parvo negotio gladium Spiritus, h. e. verbum Dei, è manu ipsi extorquet: quemadmodum contra Evam prævaluuit. Habebat illa verbū Dei: si ei firma adhæsisset, nequaquam cecidisset. At quum Diabolus vi-deret, eam neglectim adeò Verbum tenere, è corde ei ipsum eripuit: quod quum illa ipsi cederet, evasit victor. Ergo tenacissimus Verbi salutis, omnesque Satanae ictus cly-peo fidei excipiamus: sic facile scandalū objecta evitare ac removere poterimus, & pede inoffenso in via ad cœlestem patriam pergere. Certè Moses fide offendicula sibi in aula Ægyptiaca posita vicit & transfilijt. Audite constantia & fortia.

fortitudinis Mosaicæ præconem Paulum: *Per fidem Moses jam grandis renuit vocari filius filie Pharaonis: potius eligens simus malis vexari cum populo Dei, quam temporariam retinere peccati fruitionem: maiores dicens divitias probrum Christi, quam Ægyptiorum thesauros.* Intuebatur enim in præmij retributionem. *Per fidem dereliquit Ægyptum, non metuens excedentiam regis.* nam ut qui videret eum qui est invisibilis, ita furti animo fuit. Hebr. 11. 24-27. Næhoc est difficultates omnes & impedimenta perrumpere, offendicula removere! Mira utique hæc fuere in Mose admirandæ fidei gesta. Nostis ex se-cundo capite Exodi, quod fastigij & dignitatis erectus sit Moses: èd nimirum, ut filia Pharaonis iplum pro filio ha-beret, inq; aula erudiendum ac instituendum curaret in omni sa-pientia Ægyptiorū: adeò ut potens dictis & factis evaferit. Act. 7. 22. Præsentissima & maxima hæc erant impedimenta fidei & pietatis. Nihilominus Moses adultus, ubi intelligeret, quanta esset inter suam gentem atq; Ægyptiacam differen-tia; unosq; Israelitas habere promissionem terræ Canaan, & ex se nascituri Messia; cæteros nihil horum: tūm verò haud se am pliùs pro filio filiæ Pharaonis gerebat, imò ne quidem hoc nomine vocari se patiebatur: sed desertâ aulâ, omnique honore regio proculcato, Israëlitis sese, quantumlibet sub dura servitutē gemeatibus, cupidissimè adjungebat, nihil æquè in hac vita sibi expetendum ratus, quam commu-nionem cuth populo Dei. Sanè fervor inconsideratus, aut juvénilis quedam levitas eum huc rapiebat. Proiectæ enim ætatis erat; *quadraginta annorum.* Act. 7. 23. Sed per fidem Dei promissis innitentem, id effectum dedit. Nō-rat Deum Abraham dixisse: *Benedictæ erunt in semine tuo omnes gentes terræ.* Gen. 22. v. 18. Idcirco, et si Ægyptiis regna & quara, & abominationi erant Israëlitæ; Moles tamen benedictos illos estimabat. Etsi mancipia projectissima; tamen reputabat liberos, ingenuos. Etsi pueros suffoca-

CONCIO QUARTA

ri videbat; Christum tamen ex hoc populo nasciturum certò confidebat. Atque ut hanc cordis sui fidem palam etiam ipso opere coram omnibus restatam ficeret, pertinacissimè respuebat titulos honoris regij. Cœlestis uerba ipsi potior & gloriosior erat, quam principatus ac dominium in universam Aegyptum. Ac quamvis illi omnes in aula Pharaonica opes, thesauri omnes tanquam filio regio paterent; ille tamen opibus posthabitatis, thesauris neglectis, *probrum Christi suas duxit divitias*, h. e. ludibria, paupertatem, angustias, persecutio[n]es, quibus pressus fuit populus in Christum credens. His se divitiis efferebat Moses, his gaudebat, præ his gaza omnis regia ipsi sordebat. Per fidemenim sciebat, quemadmodum Christo Capiti conformis fieret in contumelia, ita & conformem fore in gloria. Persuasissimum habebat, si adoptione regiâ lese abdicaret, tum sibi adoptionem & jus *uictoris Dei* constaturum: si fruitionem peccati, eamque per brevem contemneret, bonâ conscientiâ, quæ juge *et vivium & perpetua laetitia est, se perfruiturum*: si thesauros Aegypti linqueret, veris ac æternis bonis fese datum iri. Imò tam altè animo suo Dei iussa, & promissa fixerat, ut quoties illa cogitaret, toties coram adstantem Deum, & stipulatâ manu læta omnia promittentem videre sibi videretur. Hinc adeò forti animo fuit, fideque quodammodo obduruit, ut ad omnia offendicula objecta, & ad omnes tentationum impetus, plus quam faxeus esset. Agite, fratres, paremus & nos ad hanc pugnam & luctam fidei. Si nos scandala à Diabolo & mundo polita, si honores, si opes, si voluptates impediant, Expediamus nos fidei virtute, & obedientiæ divinorum mandatorum proposito. Id si difficile videatur: at facile evadet, si Molis oculis resperximus futuram illam præmij retributionem. Quanta gloria, cum declarabimur filij Dei, conformes imagini Christi! Quanta voluptas, cum in communione sanctorum cum be-

IN MATT. XVIII.

beatiss Angelis & hominibus, in primisq; cum Domino victori sumus! Quantæ opes, cum regnum Patris occupabimus, & Deus erit omnia in omnibus! Illi Uni-Trino Vero Deo gloria in sempiterna secula. AMEN.

CONCIO QUINTA

IN

MATT. XVIII. vers. 7. (b)

Verumtamen uia homini illi per quem offendiculum venit.



Mnes Dei filij, quotquot in hoc mundo, ceu alieno solo, exulant atque peregrinantur, siue servi, magistratus aut subditi, divites aut pauperes, senes five juvenes, magni, medioximi aut parvi, in Christo fratres sunt ac sorores; Jacobo teste cap. 2. 15. Forte arctumque est vinculum Naturæ, quo fratres uterini & germani secundum carnem colligantur. Fortius atque arctius est vinculum Gratiae, quo spirituales fratres & sorores copulantur atque uniuntur. Nam uno gaudent Patre ac Creatore in cœlis, quem uno ore, unoque corde quotidie sic compellant: *Pater noster qui es in cœlis &c.* Matth. 6. 9. Disertè Malachias: *Nonne Pater nus omnibus nobis est? nonne Deus fortis unicus creavit nos?* cap. 2. v. 10. Habent etiam germani hi fratres & sorores unam matrem in terris, Ecclesiam. Rotunde Paulus: *Ita quæ sumus est, id est, excellenti loco posita, Hierosolyma, libera est, quæ est mater omnium nostrum.* Gal. 4. 26. Ortum unum ha- beat.

bent, unaque nativitate nobiles sunt. Inde sunt illa Iohannis: *Quotquot eum, sc. Sermonem seu Filium Dei, excepterunt, dedit eis hoc jus ut filii Dei sint facti; nempe iis qui credunt in nomen ejus: qui non ex sanguine, neque ex libidine carnis, neq; ex libido viri, sed ex Deogeniti sunt.* Ioan. 1. 12. 13. Nec aliud volebat Petrus quum diceret: *Regeniti estis non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, id est, per sermonem Dei vivi & manentis in aeternum.* 1. Epist. 1. 23. Præterea de uno gloriantur sibi gratulantur fratre primogenito, Iesu: quem exprefse Paulus *primogenitum inter multos fratres* appellat. Rom. 8. 29. Neque enim solus perfruitur beatitate & gloriâ suâ coelesti, sed multis habet fratres, quos ejusdem glorie suæ participes facturus est. Sic tamen, ut sit ipse *primogenitus inter illos*, h. e. primas obtineat. Primogenitorum (ut obiter hoc interset) magna in Veteri Testamento erat prærogativa, tûm quoad hæreditatem. duplum enim hæreditatis paternæ capiebat: tûm quoad dignitatem sive auctoritatem. nam vice patris fratribus præerant. Sic Christus est primogenitus: magna ipsius præcellentia præ fratribus. Ipse enim Filius Dei naturalis, unigenitus, proprius nos adoptivi. Et sic iure ipsi debetur hæritas, que non nisi ex gratia per & propter ipsum nobis obtingit. Ipse caput, Dominus & Rex noster: nos ipsius membra, servi & subditi, omnem ipsi reverentiam, honorem & obsequium debemus. Interea honori summo nobis ducamus, quod fratres ipsius sumus. Signatè Paulus de Christo: *Nam & qui sanctificant, & qui sanctificantur, ex uno sunt omnes.* Quam obviam non erubet eos vocare fratres, dicens: *Annunciarbo nomen tuum fratribus meis.* Hebr. 2. vers. 11. 12. Adhæc spirituales fratres atque sorores uno eodemque animæ cibo ac potu aluntur, reficiuntur & corroborantur, nempe corpore Christi crucifixo, & sanguine ejus effuso. Clarissime Convivator coelestis: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè*

re est potus. Ioan. 6. 55. Quidquid fratres nostri & sorores in Veteri Testamento eodem cibo & potu spirituali pasti & ad salutem recreati per fidem & spem fuerunt. Ex Apostolo hoc discere est, dicente: *Nolim vos ignorare, fratres, Patres nostros omnes eamdem escam spiritualem edisse: & omnes eundem potum spiritualem bibisse.* Bibebant enim ex sequente spirituali petra: *Petra vero illa erat Christus.* 1. Cor. 10. v. 1. 3. 4. Unâ quoque atque eâdem ueste induuntur & ornantur, putâ justitiam atque innocentiam Christi. Praeclarè & significanter idem Gentium in fide magister: *Indivisi Domino Iesu Christo.* Rom. 13. 14. Rursus: *Quicumque in Christum baptizati fuisti, Christo fuisti induiti.* Gal. 3. 27. Uno Baptismo, in ob-signationem remissionis peccatorum, & regenerationis seu renovationis per Spiritum sanctum, tinti sunt. Paulum audite: *Per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati sumus, & Iudei, & Greci, & servi & liberi.* 1. Cor. 12. 13. Item: *Vnum est Baptisma.* Eph. 4. 5. Porro unâ fide ornati, Deo Patri suo coelesti, & Christo fratri, virtute sancti Spiritus, firmiter adhaerent. *Vna est fides;* inquit idem Apostolus. Ibid. Uno insuper nomine & titulo insignes sunt, videlicet *Christianorum*, h. e. *unctorum.* Act. 11. 27. Rationem denominationis ex verbo Dei, Catechismo præunte, hanc damus: Quod per fidem membra sunt Iesu Christi, & unctionis ipsius participes, ut & nomen ejus confiteantur, seq; fstant ipsi viyam gratitudinis hostiâ, & in hac vita contra peccatum & Satanam, liberâ & bonâ conscientiâ pugnant, & postea æternum cum Christo regnum in omnes creaturas teneant. Cæterum fratres & sorores in Christo, uno loquuntur labio, id est, sermone & lingua, nempe *Chanaanæ.* Esai. 19. 18. Credunt enim iis omnibus, quæ scripta sunt in lege & Prophetis. Act. 24. 14. Uno ore Dominum Iesum profitentur. Rom. 10. vers. 9. Concorditer uno ore precantur & glorificant Deum ac Patrem Domini nostri Iesu Christi,

Christi. Ibid. cap. 15. 6. Accedit & hoc, quod unam teneant hæreditatem in cœlo: in hac quidem vita, spe & exspectatione; in altera reapie & possessione. Omnibus & singulis Servator dicit: *In domo Patris mei habitationes multæ sunt: alioqui dixiSEM vobis.* q.d. Nisi ita esset ut dico, nempe nisi in domo Patris mei non uni mihi, sed etiam vobis patret locus, nollem hâc vos vanâ spe deludere, sed ingenuè id vobis dixisse. Subjicit autem: *Proficiscor paratus vobis locum: & quam profectus fuero, & paravero vobis locum. rursum veniam, & assumam vos ad meipsum: ut ubi ego ero, & vos sitis.* Ioan. 14. 2. 3. Et sic testamento postmodum cavit: *Pater, quos dedisti mihi, velim ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut spectent gloriam illam meam quam dedisti mihi.* Ibid. cap. 17. 24. Denique uno Spiritu hi fratres & sorores vivificantur, reguntur & moventur. *Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, i& sunt filii Dei.* Rom. 8. vers. 14. Contrà, quod si quis *Spiritum Christi non habet, is non est ejus.* Ibid. vers. 9. Singula hæc fraternitatis ac spiritualis cognationis filiorum Dei vincula, totidem sunt testimonia, pignora & stimuli sinceræ dilectionis quâ se invicem complecti, piæque & assiduæ curæ quam alij pro aliis gerere, & mutuæ ædificationis quæ inter ipsos vigere debet. Haud ergo mirum cuiquam videri debet, Christum, qui *fratribus hiscè una habitantibus, & inter se communionem coalentibus,* seque multudinibus, *benedictionem & vitam usque in seculum promisit;* Psal. 133. 1. 3. hæc iisdem discordibus, & scanda la invicem ponentibus, V Æ terribile, h. e. pœnas non tantum corporales & temporales, sed etiam spirituales & æternas interminari. Nuper explicavimus, quâm scanda la mundo noxia sint: quâmaque necessaria, si Satanæ versutiam, mundi malitiam, hominum ad peccandum proclivitatem, justumque Dei, hominum pertinaciam punientis, judicium spectes. Iam ex ordine demonstrabimus, offendicula authoribus

thoribus & datoribus suis damnosa esse. Tractabimus autem & interpretabimus verba Christi membratim; nempe

I. Q U A M C E R T O.

II. Q U E M.

III. Q U A R E.

IV. Q U I D manear.

Tu, summe Deus, sancti tui Spiritus præsentiâ & gratiâ nobis adesto, ut quæcumque de offendiculorum evitazione, mutuâque in fide & pietate ædificatione, ex verbo tuo, dicturi sumus atque audituri, ad mutuam ædificationem, omniumque scandalorum aversionem, assidue serioque referamus. AMEN.

I. Q U A M C E R T O?

¶¶¶¶¶, Verumtamen, inquit Servator. Hæc voce certitudinem poenæ, quæ scandalorum authores manet, innuit & confirmat, & simultacæ prolepsi occurrit. Dixerat Salvator: *Necessæ est ut veniant offendicula.* Hinc promptum erat inferre: Ergo frustra nos à scandalis prebendis dehortaris: ergo culpâ parent, qui alijs dant scandalum. Quod enim necesse est, caveri haud potest, ac propter id jure nemo punitur. Verum consequentiam isthanc Christus negat, ac poenam scandalorum authibus divinitus decretam & irrogandam, cum hac necessitate consistere posse, afferit. Quid si necessitas illa absoluta esset & coactiva, inevitabilis esset, authoresque & organa scandalorum excusaret. Verum hypothetica est seu conditionalis, quia à Diaboli astutia, mundi malitia, hominumque ad peccandum prouitatem pendet. Quamdiu enim & quoad ea durans (durant autem quamdiu mundus hic stabit) justo Dei judicio, sapientiæ permissione, scandalum sunt necessaria. Ac proinde hæc necessitas scandalorum

lorum authores non excusat, quia non coactè, sed libèrè, contumaciter, & malitiosè ea perpetrent, imò voluntariè summoque studio offendiculis dandis atque accipiendis incumbant, ac omnibus ea modis juvent & promoveant. Possent enim non dare, cùm dant. Quamvis autem, ob causas dictas, necessariò veniant scandala, non tamen quosvis inevitabiliter perdunt; sed eos duntaxat, qui vitare ea non volent. Ideo electis declinare & removere scandala volentibus, nullum ab hac necessitate incumbit periculum. Hujus autem poenæ certitudo à Dei tùm justitiâ, tùm veritate pender. *Iustitia;* Iustus enim quum sit Deus, injustos scandalorum authores proximique corruptores, impunitos ferre non potest. Perspicue & graviter Vates regius: *Non es Deus fortis qui delectetur improbitate: non est commoraturum apud te malum. Non consistunt insani è regione oculorum tuorum: odisti omnes qui operam dant iniquitati.* Psal. 5. 5. 6. Advoco item Paulum Apostolum, testem locupletissimum: *Ius Dei est, Id ipsum Dei exigit veritas, quæ inconcussa stat. Intemperatus est ijs qui alijs offendiculo sunt, atrocissimas pœnas, hīc. Et supra versu sexto Christum sic tonantem audivimus: Quis quis offendiculo fuerit uni ex parvis istis qui in me credunt, præstiterit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo maris. At qui fidelis est & manet Deus, negare seipsum non potest.* 2. Tim. 2. 13.

Uſus ad παιδείαν & ἐπαρόθωσιν.

Animum advertite, auresque patulas præbete scandala, vos ad meritas poenas rapiendos. &c, ni verè matureque resipueritis, æterno exitio sternendos. Ut cunque enim, justo Dei judicio, offendicula necessaria sint; at hoc minime

mè vos, qui petulanter ea & malitiosè præbetis, excusat. Rem simili illustro. Quum hominem furti se astringentem, & rapinas exercentem cernimus, dicere solemus, necesse est ut homo ille è patibulo tandem suspendatur. Conspicuo ebriosò, vino fe & potu inebriante quotidie ingurgitante, mox colligimus, necessum esse, ut mortem brevi ipse sibi consiccat. Et si quis sumptuosius se, supra vocationem & facultates, veltiat, necessariò erit ad extremā paupertatem redactum iri judicamus. Isthaec necessitas, quæ ab ejusmodi hominum furacitate, rapacitate, intemperantia, superbia atque luxu pendet, nullam eis excusationem affert, quum ad illa scelerata, & quæ ea excipiunt, pœnas semetiplos contumaciter ac petulanter adigant. Ita & hoc loco se res habet. Quamdiu impij non desinunt scandala dare, ipsi sibi necessitatem imponunt, pœnamque accersunt. Desinant scandala præbere; & haec ipsos necessitas non urgebit. Istam voculæ πλη̄μ emphasin & haec Christi verba illustrant: *Filius quidem hominis, prout definitum est, abit: πλη̄μ, verumtamen vñ homini illi per quem proditur.* Luc. 22. 22. Quamvis Pater coelestis proprio suo Filio non pepercit: Rom. 8. 32. ac Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus, & populis Israëlis nihil fecerint quam quæ manus & consilium Dei prius prædestinaverat ut fierent; Act. 4. 27. 28. Iudæ tamen proditori terrorificum Vñ denunciatur. neque enim hic in opere prodictionis ad Dei decretum, electorumque salutem respexit: sed suæ avaritiae, invidiae, ambitioni, furacitati, vindictæque cupiditati indulxit. Quare sic apud animos vestros statuite scandalorum authores: Quemadmodum necesse est ut veniant scandala, quamdiu Satanæ & vos ministri atque organa ejus, ingenium non mutatis, nec à scandalis defistitis: Ita necessum quoque est, ut vñ vos Deique poenæ maneant, quamdiu aliis offendiculo estis. Etenim peccati stipendia, mors. Rom. 6. 23. Simile diuini judicij exemplum

plum in Gentibus videre est Rom. 1. 28. *Sicut non visum est eis Deum in notitia retinere : ita tradidit eos Deus in mentem omnis iudicij expertem, ut facerent quæ minime convenientia. Ni- mirum hoc est erroris sui compensationem , quam oportuit, in sese recipere; Paulo teste , Ibid vers. 27.* Non esset Deus, Deus, nisi justus esset; nisi in peccatorum & offendiculorum authores serid & graviter animadverteret. Stat illud Mo- sis: *Iehova insontem habendo non habebit insontem, h. e. ullo pa- cto non absolvet sionem. Exod. 34. 7.*

II. Q U E M?

VErba Christi sic sonant: *τῷ αὐθεντῷ ἐκένεν, homini illi.* Ambitus horum verborum brevis est: attamen ponde- rosa illa sunt. Tria enim Christus subindicat:

I. Facti ipsius indignitatem & atrocitatem exprimit. Horrendum est & inhumatum ac deestabile facinus, quod homo homini scandalum praebet. Ipia bruta suæ speciei & generis animalia amant, juvant, protegunt. Porcum si laedas vel jugules, cæteri grunniunt & accurrrunt, quasi sup- petias illi latiri. Lupus lupum non devorat: nec corvus coro oculos eruit. Semper graculus assidet graculo. Cicada frater fratrem, scandalis objectis, perdat. Ideoque Christus, Petrum offendiculum sibi ponentem, *Satanæ nomine ap- pellat, eo quod Satanæ opus facheret. Matth. 16. 23.* Tur- pe est, si homo homini lupus sit, in modo diabolus. Diaboli proprium est, hominem perdere, occidere, odisse. Ille ho- micida fuit à principio. Ioan. 8. 44. Hic primus protopla- stis, protinus atque conditi essent, offendiculum posuit, eosque boni ac honesti specie deceptos, à regia salutis viâ in exitium abduxit, ac in mortem præcipitavit. Gen. 3.

Ufus

I N M A T T H. X V I I I.

Ufus ad traideas.

QUoties te Diabolus, mundi filij, & caro corrupta ad scandalum proximo ponendum tentant, *hominem te esse cogita.* Næ isthæc cogitatio te ut proximo exemplo profis, non obsis, efficaciter permovet. Uni omnes Creatori debemus, quod homines ratione prædicti sumus, quod vivimus, quod movemur; Apostolo teste, Act. 17. 28. Uno patre Adamo, unâ matre Evâ, sati sumus. *Ex uno san- guine tota hominum gens facta est. Ibid. v. 26.* Uno Servatore gaudemus & gloriamur; in uno mundo exulamus: eamdem patriam quæsumus, exspectamus, petimus. Etiamsi quis ad regale altissimumque culmen pervenerit, opes in immensum auxerit, ac genere summo natus sit, gloriæque & splendoris proaviti insignia ostentet; at homo est, frater est abjectissimi mendici: communis ipsi est cum reliquis homi- nibus in mundum per nativitatem ingressus, communis per mortem è mundo egressus. Verè Sapiens Hebreus: *Nemo rex aliud habuit initium naturæ suæ : sed unus est omnium ingressus in hanc vitam, & par exitus. Sap. 7. 5. 6.* Næ qui tot tam- que arctis necessitudinis & cognitionis vinculis firmissimè copulati sunt, mutuæ saluti & ædificationi consulere & in- vigilare, ac offensacula omnia cavere & removere debent. Qui homines se esse, negare nec audent, nec etiam possunt; hi nec humanæ charitatis debitum hominibus solvere de- trectabunt. Stat illud, quod Salomon de quovis homine pronunciat: *Quicquid sit, jam inditum est nomen ejus. id est, homo dicitur, & est, à quo humani nihil est alienum : & co- gnitum eum esse hominem. Eccl. 6. 10.* Ipsi Ethnici, naturæ tantum luce illustrati, legem hanc à natura latam & insitam esse agnoverunt & professi sunt. Seneca est illud: *Homi- nem sociale animal communi bono genitum videri volumus. Libr. 1.*

S 3

CONCIO QUINTA

de Clementia, cap. 3. Cui affine est istud Ciceronis : *Cum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum quasi civile atque populare, quod Graeci πολιτικὸν vocant; quicquid ager queque virtus, id à communitate & caritate atque societate humana non abhorrebit.* Libr. 5. de Finibus, cap. 23. A quo minimè separo isthoc ejusdem : *Quoniam, ut praeclarè scriptum est à Platone, non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici : atque ut placet Stoicis, quæ in terris giguntur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causâ esse generatos, ut ipsi inter se alius alii prodeſe possent : in hoc naturam debemus ducem sequi, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo; tūm artibus; tūm operā, tūm facultatibus devincire hominum inter homines societatem.* Libr. 1. Offic. cap. 7. Id ergo videamus ne ruborem nobis, qui Christiani à Christo Servatore audimus, & sancti Spiritus luce atq; gratiâ ditati sumus, Ethnici incūtiant, ac in iudicio nobiscum surgant, & nos condemnent. Matth. 12. v. 41. Ne eos perdamus, qui ejusdem nobiscum naturæ per creationem & generationem, ejusdemque gratiæ per redēptionem ac regenerationem confortes sunt. Graviter Paulus, docens Christianam libertatem intra ædificationis & charitatis terminos consistere: *Si, inquit, propter escam frater tuus tristitia afficitur, non jam secundum charitatem ambulas. Ne esch tu illum perdito pro quo Christus mortuus est.* Rom. 14. 15. Dei sumus filii; Patrem nostrum cœlestem imitemur, qui salutem nostram unicè querit & promotam cupit. *An ullus delector morte improba dictum Domini Iehovi: an non quum revertitur à viis suis, ut vivat?* Ezech. 18. 23. Diabolum avertemur, qui ad seducendum, scandalizandum & perden-dum pronus est atque intentus. Semper animis nostris obversetur lex illa charitatis: *Diliges proximum tuum ut te ipsum.* Matth. 22. 39. Et, *Quaecunque volueritis ut faciant vobis homines,*

IN MATT. XVIII.

homines, ita & vos facite eis. Ibid. cap. 7. v. 12. Nollemus offendiculum nobis ab aliis ponī. Ne ergo aliis objiciamus. Feriat aures animosque nostros monitum illud Paulinum : *Vnusquisque nostrum proximo placeat in bonum, id est, ad ejus ædificationem.* Rom. 15. 2.

II. Christus hominum ad offendicula objicienda præclivitatem arguit. Quam enim turpe, inhumanum & horrendum est, aliis offendiculo esse: tam, proh dolor! homines, ob nativam corruptionem, Sathanæque astutiam, ad fædum hoc & atrox peccatum pronisunt. Hinc plena omnia sunt scandalorum. Nam *totus mundus in malo jacet.* 1. Ioan. 5. 19. Non parent homines hortatui divino: *Omnia ad ædificationem fiant.* 1. Cor. 14. 26. sed Diabolum strenue æmulantur, qui homines in proximi perniciem incitat & armat. Quod disertè de Caino fratricida sacræ Paginæ affirmant: *Cain, qui ex illo Improbo erat, mactavit fratrem suum. Cujus autem rei gratiâ occidit eum? quia opera ejus mala erant, fratris autem ejus justa.* 1. Ioan. 3. 12.

Uſus ad παιδείαν.

Quod si quem humana & innata pravitas irritat, ut proximo noceat exemplo suo, eique impingendi & labendi occasionem objiciat; hominem se per Spiritum sanctum regenitum recogitet: neque se spiritu mundi, sed Spiritu, qui ex Deo est, duci patiatur. Homo animalis, naturaliter propensus ad odium proximi, nil nisi scandala proximo præbet. Homo per Spiritum sanctum regeneratus, propensus est ad dilectionem proximi, ac scandalis omnibus remotis, proximum verbis & factis ædificat. Est enim Spiritus Dei, Spiritus dilectionis & concordiae. Hunc qui habet, omnibus interire promptus est, omnes ædificat, omnibus pro virili benefacit, omnibus utendum se præbet: quia

quia etiam Deus fons est omnis misericordiae & gratiae erga omnes. Qui Spiritu sancto sunt donati, non oderunt fratres. Sunt enim per Spiritum sanctum participes facti mystici corporis Christi, cujus membra sunt omnes pij. At nemo unquam membra sua odio habuit. Imò inimicos quoq; diligunt, nec scandalis perditos volunt, qui Spiritu Domini reguntur. Nam qui agglutinatur Domino, unus cum eo spiritus est. 1. Cor. 6. 17. At vero Deus facit ut sol suus exortatur super malos ac bonos, & pluit super justos ac injustos. Matth. 5. vers. 47. Huc spectant illa Ioannis effata: *Nos scimus nos translatos esse ex morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte.* 1. Ioan. 3. v. 14. *Quisquis diligit eum qui genuit, diligit etiam eum qui ex eo genitus est.* Ibid. cap. 5. 1. Hoc Spiritu Dei corroboratus, tempore Machabaeorum, Eleazar quidam ex primoribus Scribis, vir jam provectæ ætatis, nec dulcibus promissis, nec acerrimis minis, nec exquisitissimis tormentis & supplicijs induci potuit, ut per Legis divinæ transgressionem, & fucatam simulationem, religionis fideique confortibus, ac præfertim junioribus, scandalum præberet: Nam honestam suscipiens cogitationem, & dignum atate ac senectutis excellentiam, & comparata spectatæ canitatem, optimaque à puerò educatione, ac potius sanctam & divinitutem inditam Legis institutione, continuò respondit, edicens ut citò ad sepulcrum præmitteretur. Non enim hæc ætate nostrâ, inquit, dignum est simulare, ut multi juvenes statuentes Eleazarum nonagenarium transivisse ad alienigenarum ritus, illi quoque propter simulationem meam, & propter paululum istam & momentaneam vitam seducantur per me, & abominandam maculam senectutis comparem. Etenim si ad præsens extrahar è supplicio humano, at omnipotentis manus neque vivus neque mortuus effugimus sum. Quapropter nuno quidem viriliter vitam commutans morte, cum hac senectute dignus videbor, tum juvenibus exemplum nobile reliquero, ut alacriter & generose pro gravibus & sanctis

sancis legibus honestam mortem oppetant. In hunc igitur modum emigravit ille, non tantum juvēnibus, sed etiam plurimis è gente mortem suam p̄o exemplo animi generosi & monumento virtutis relinquens. 2. Machab. 6. 18. & seqq.

III. Christus dicens, τῷ ἔχετω, illi homini, innuit, diligenter se & accuratè singulos scandalorum authores observare. Nam ambulat inter septem candelabra aurea. Apoc. 2. vers. 1. Instar prudentis & seduli patrisfamilias, suorum cogitata, dicta, facta observat, ac in rationes suas refert. Signatè Salomon: *In omni, ait, loco oculi Iehovæ sunt, speculanentes malos & bonos.* Prov. 15. v. 3. Aciem oculorum ejus nemo præstringere, cogitationes, studia, conatus, actiones suas nemo eum celare potest. Ne tenebræ quidem ita obtenebrare possunt quin ipse pervideat: sed nox ut dies illustrat, perinde sunt tenebra atque ipsa lux. Psal. 139. 12. In lucem ille profert, quicquid absconditum est. Davidi, qui adulterio atque homicidio offendiculum gravissimum domesticis, subditis, ac hostibus populi electi præbuerat, Deus dicit: *Quia tu fecisti clam, etiam ego facturus sum rem hanc coram toto Iraele, & coram Sole. Quia plane occasionem dedisti irritandi contemtim Iehovam inimicis ejus in hac re; similiter iste filius, qui natus est tibi, omnino moriturus est.* 2. Sam. 12. v. 12. 14. Sancheribo, Assyriæ regi, blasphemiam suā pios offendenti & ad tristitiam contorquenti, edicit Iehova: *Et sessionem tuam, & profecitionem tuam, & incessum tuum novi; etiam furorem tuum contra me.* Esai. 37. 28. Ephesiorum Angelo Christus exprobrat illud: *Habeo aliquid adversum te, quod charitatem tuam primam omiseris.* Apoc. 2. 4. Antistitem Pergamenium, qui scandalorum authores imprudenter fovebat, hoc nomine Servator perstringit: *Habeo adversum te pauca, quod habeas isti qui teneant doctrinam Balaam, qui docebat Balacum objicere offendiculum coram filiis Israëlis, ut ederent ex iis quæ simulacris erant immolatas; & ut scortarentur. Ita habes etiam tu qui teneant doctrinam*

C O N C I O Q U I N T A

Nicolaitarum: quod odi. Resipisce: si minus, veniam adversum te citd. Ibid. vers. 14. 15. 16. Confer ibid. vers. 20. Et cap. 3. vers. 1. 2. 15. Nec interest, utrum quis magno vel parvo, honorato vel in honorato offendiculum præbeat. Stat pronunciatum illud Christi: *Quisquis offendiculo fuerit uni ex parvis istis qui in me credunt, præstiterit ei ut suspendatur mola aspera in collo ejus, ac demergatur in profundo maris.* Matth. 18. 6.

Ufus ad maledicam.

Singuli sibi dictum existiment: *Estate sine offendiculo & Iudeis, & Grecis, & Ecclesiæ Dei.* 1. Cor. 10. 32. Nemo enim, etiam si vel in intimum se angulum abdat, oculorum Dei aciem effugere potest. Apostolum audiamus: *Non, inquit, est ulla res creata non manifesta in conspectu ipsius: immo omnia sunt nuda & intimè patentia oculis ejus quicum nobis est negotium.* Hebr. 4. 13. Quum Angeli, Dei creaturæ, pleni sint oculis circumquaque: Ezech. 1. 18. de Deo quid dicemus, qui non tam plenus oculis, quam totus, quantus quantus est, oculus est? Creaturæ dum præsentes adsunt, ea tantum cernunt, quæ oculis assequuntur, non vident quæ à tergo sunt, aut parvum dignoscunt quæ à latere sunt, non longius prospiciunt, quam fert acies visus, aut medijs perspicuitas, aërisve illustratio. Non sic Jehova, qui, ut dicere occipi- mus, totus est oculus: antè & retrò oculatus: totus auris est: totus audit, totus videt: ubique est, videns adest. Ubique est, ergo & ubique videt: omnia replet, ergo & omnnia videt. Omniscentia, omnivisio (ut sic loquar) ab effentia ejus. nequit separari: totum esse ejus videre est. Huic nihil in tenebris, nihil à latere, nihil a tergo, nihil procul aut longè est. Videre ejus, scire & nosse est. Inde est illud Davidis: *Quis est per Iehovam Deo nostro? qui altissime habitat: qui demississime perspicit, in celis & in terra.* Psal.

I N M A T T H. XVIII.

113. v. 5. 6. Evidem Deo opus non est ullâ virium contentione ad res humanas pernoscendum uti, nec loci altioris adminiculo, unde omnia & singula uno intuitu aspiciat. Attamen ad socordiæ & inertiae nostræ excusationem, sacrae Literæ illi speculatoris partes tribuunt, eumque in cœlis altissimis, tanquam in specula collocant; unde & descendere dicuntur ad causarum graviorum cognitionem. Gen. 11. v. 7. Terreni speculatores, utut vigilantissimi, nonnunquam somno obruuntur, vel faltem dormitant. At hoc in cœlestem speculatorum non cadit. Perspicue David: *Ecce non dormitat, neque dormit custos Israëlis.* Psal. 121. 4. Speculatores alij non nisi uno loco consistunt, unde aliquot milliarium ambitum ex specula prospiciunt: aut si in locis diversis excubias agant, tamen illud per temporum vices faciunt. Contrà Deus simul eodemqne momento omnibus in locis speculatorum munus exercet. Illis indicium eorum, quæ aliquo locorum intervallo remota sunt, præbentibus, oculorum acies aliquando fallitur, præsertim si nubes aut caligo intervenerit. At Deus in locis omnibus præsens, rebus & se perceptis adeat, quum omnia in illo sint, & ipse in omnibus: atque eam ob causam nequaquam errare, decipi aut falli possit. Isthæc divinæ præsentia & omniscientia consideratio præsentissimum adversus omnia scandala efficacissimumque est remedium, antidotum atque alexipharmacum. Haud ignarum id Davidi, qui quum olim, neglecta Dei præsentia, Bathshebam violasset, & maritum ejus Uriam neci objecisset, ac turpissimum subditis & hostibus offendiculū præbuisset; postea cautor factus, nec recidivam passus, hoc proposito animum suum munivit atque obfirmavit: *Propono mihi Iehovam iugiter.* Psal. 16. vers. 8. Eodem antidoto Salomonem filium omnibus Satanæ, mundi & carnis corruptæ temptationibus occurtere, ac contra scandalorum objectionem præmunire animum jussit: *Tu Salomo fili mihi agnosce*

agnoſce Deum patris tui; & cole eum corde integro, & animo ſiudi-
oſo, quia omnia corda exquirit Iehova, & quodque figmentum cogi-
tationum intelligit: ſi exquifiveris eum, preſto erit tibi, ſed ſi dere-
liqueris eum, rejicit te in perpetuum: 1. Chron. 28. verſ. 9.
Et Salomon, inter ipla vitæ tentamenta jam ſapiens, ac
paterni hortatus memor, alexipharinacum hoc ferid̄ Dei
culturibus commendavit. Ab offendiculis & retibus fal-
lacibus, ab adultera poſitis, juvenem præmoniturus, incal-
cat illud: *Quare errares, fili mi, cum extranea, & amplecteris
pedius aliena: cum coram oculis Iehovæ viæ cujusque ſint, &
omnes orbitas ejus expendat?* Prov. 5. v. 20. 21. Rurſus, ad
ereptionem iniquè oppreflorum, pios exſtimulaturus, eo-
dem argumento & incitamento utitur: *Eripe raptos ad mor-
tem, id eſt, indignè oppreſſos; nam à declinantibus ad necem
an cohiberes te? Si dicas, en, ignoramus hoc:* (q. d. tolent ho-
mines excuſationibus varijs ignorantiae aut difficultatis ſe
ſubtrahere officiis charitatis & iuſtitiae) nonne expendens
animos ipſe intelliget, ſc. quod fruſtra & falſo te excufes; &
qui cuſtodiſt animam tuam ipſe cognofcet, & reddet cuique ſecun-
dum opus ipſius? Ibid. cap. 24. 11. 12. Næ durā ſunt ceryice,
omnemque Dei reverentiam excuſerunt; quos iſtæc di-
vinæ præſentiaꝝ meditatio & ſcandalis dandis non cohibet
atque retrahit: David eos non in hominum, ſed in bruto-
rum cenuſu habet: *Dicunt, non reſpicit Iah; neque animadvertit
Deus Iacobi.* Animadvertere, o brutiſſimi in populo, & ſtultiſſimi,
quando intelligentes eritis? An plantator auris, annon audiat? aut
formator oculi, annon intueatur? An caſtilator gentium, annon re-
prehendat? qui docet homines ſcientiam, annon agnoſceret? Ieho-
va cognofcit cogitationes hominum, eſe vanitatem ipſam. Plal.
94. 7. — 11. Inprimis, vero magnates, Dei timore tacti &
retracti; ab offendiculoruſi, poſitione ſibi caveant: Nam
quo quis honoratio eſt, & altiora dignitatis gradū af-
ficiunt, eo ſe atrociori peccato obſtringit, Deumque ſibi
offen-

offenſiorem reddit atque experitur, ubi offendiculo aliis
eſt: Davidis exemplo id liquet. Quantas ſecum miferias
& poenas traxit offendiculum ab ipſo moechando & occi-
dendo datum? Ab Absalom, filio ejus degenere, uxores
ipſius inceſtu viſitatae ſunt: Thamara filia, à fratre Amno-
ne, filio ejusdem Davidis, ſtuprata: Amnon ab Absalom
fratre trucidatus: filius adulterinus mortuus eſt: populus ab
eo defecit: ipſe David in exilium abire coactus, à conſilia-
riis ſervisque prodiuit ac defertus, conſientia morſum
acerriuum ſenſit, pios contriſtavit, hostibusque materiam
Deum blaſphemandi ſuggeſſit. *Va ergo homini illi, per quem
ſcandalum venit.*

III. Q U A R E ?

Poenæ divinitus irrogandæ cauſam Christus hiſce expo-
nit verbis: *Per quem offendiculum venit. Scandalum quid
fit, ſuprà aliquoties explicavimus. Hoc loco eſt, quicquid
omnino vel dixerimus vel fecerimus, quod non ex ſolida fi-
de natum, neu ſincerâ dilectione temperatum, neque ad
ſalutem proximi promovendam facit. Considerarione
hic dignum, non dicere Christum, Ex cujus dictis vel factis
ſcandalum ſumitur. Sæpiſſime enim in rebus & factis
dictisque bonis animi impiorum & incautorum offendun-
tur. Quemadmodum oculus ſanus recte objectum ſuum
apprehendit; non ſanus perperam. Ita res ſe habet in
negotio veritatis, pietatis atque ſalutis. Qualis enim eſt
oculus interior, id eſt, ratio ſana vel corrupta: tale eſt iudi-
cium de rebus bonis, quæ bonos lœtiſcant, & malos atque
infirmos ſcandalizant. Scandalii hujus accepti cauſe per ſe
ſunt, ratio & sapientia hominis, ſacerdote Scripturæ ignoran-
tia, præconceptæ opiniones, perversitas & malitia, ambition
& avaritia, Diaboli excæſatio & fascinatio, hæreticorum
ſcandalorum ſumitur.*

C O N C I O Q U I N T A

350

falsa dogmata, impiorum consilia, authoritas, exempla, & calumniae passim sparæ. Causæ autem per *accidens*, sunt opera recta & honesta, reprehensio & objurgatio peccatorum, doctrina Euangelij de Christo crucifixo & resuscitato, paucitas, obscuritas, humilitas, paupertas, & afflictio illorum, qui doctrinam Euangelii amplexantur & profitentur, vilitas Sacramentorum, &c. Quemadmodum lapis angularis in domo non ideo ibi collocatur, ut prætereuntes & prætervecti impingant: & tamen usu venire solet, ut ex incogititia vel perculantiâ viatores, cursores, aurigæ impingant: Ita optimè dicta & facta offendere alios possunt. Capernaitas offendebat sermo Christi de vero & non perituro pane & potu vitæ. Ioan. 6. 61. De Pharisaicis discipuli Christo Magistro suo dicebant: *Nostri Pharisaeos auditio isto sermone offensos fuisse?* Matth. 15. 12. Docuerat autem Servator, non esse, ne in rebus quidem mediis, fovendam falsorum doctorum hypocrisyn, qui animabus nostris illudunt: & causam non esse cur eorum vocatio ordinaria nobis oculos perstringat: alioqui nos unâ cum illis perituros. Hic locum habet regula illa: *Melius est ut scandalum oriatur, quam ut veritas relinquatur.* Certè Christus Pharisaicum scandalum non curavit, sed discipulis suis respondit: *Omnis planta quam non plantavit Pater ille meus cœlestis, eradicabitur. Omitte illos: duces sunt cœci cœcorum. quod si cœcus cœcum per viam duxerit, ambo in foveam cadent.* Matth. 15. vers. 13. 14.

Notanter Christus dicit: *Per quem scandalum venit, id est, qui author est scandali, qui illud vel datâ operâ, vel ex incogitantiâ & infirmitate, à Diabolo seductus, ponit.* Eiusmodi scandalum à Belaamo datum fuit: *qui decebat Balacum objicere offendiculum coram filiis Israelis, ut ederent ex iis quæ simulacris erant immolata, & ut scortarentur.* Apoc. 2. 14. Scandalum hoc variis modis per homines venit; per falsæ do-

Etinæ

I N M A T T H . X V I I I .

351

ctrinæ introductionem, disseminationm, & propagationem: per impia facta: per spurcos sermones: per intempestivum silentium, quod cum gloriæ divinæ obscuratione atque laetione, proximique salutis neglectu conjunctum est: per turpem & imprudentem libertatis Christianæ abusum: de quibus suprà prolixius.

Ufus ad maledicari

QUICUNQUE poenas divinas evitare & effugere discipulis, summopere vobis cavete, ne offendicula per vos veniant. Præeuntem sequimini Paulum, qui ita de se sociisque suis: *Nullam ullâ in re præbemus impingendi causam, ne vituperetur ministerium: sed in omnibus nos approbamus, ut Dei ministros.* 2. Cor. 6. 3. Ac ne existimetis illud ad vos haud pertinere; audite hortationem ejusdem Apostoli ad omnes nominis Christiani professores directam, eique patete: *Estate inculpati & simplices, Dei, inquam, filij inculpati in medio gentis pravæ ac perversæ: inter quos homines splendetis ut faces in mundo.* Philip. 2. 15. *Faces vos esse mementote & lumina mundi.* Matth. 5. 14. Lucem fidei & pietatis proximo præferte: ne in tenebras errorum & peccatorum eum abducite. Non nobis, sed Servatori ipsi in nobis loquenti, aures præbete patulas, animos offerte morigeros. Ait Is: *Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, glorificantque Patrem illum vestrum qui est in celis.* Ibid. vers. 16. Omnibus vobis & singulis hoc dictum. De quo ne ambigatis. Petri testimonio confirmabo. In gente spiritus ardore ille exclamat: *Dilecti, precor ut tanquam inquilini & advenæ abstineatis a carnis cupiditatibus, quæ militant adversus animam, conversationem vestram habentes honestam inter Gentes: ut pro eo quod obloquuntur vobis ut facinorosi, ex bonis operibus quæ spectaretis, glorificant Deum diu visitationis.*

I. Epist.

1. Epist. 1. 11. 12. Sicut fertilitas agri, sedulo agricultor, fides & obedientia subditorum, magistratui, fortitudo militis, strenuo belli duci, modestia discipuli & quotidianus in studiis progressus, diligentia preceptoris, magnæ laudi est atque honoris: Ita Deus glorificatur, dum bonis nostris operibus, pioque viræ exemplo alios ædificamus, & Christo lucrificacimus. Ipsum Dei Filium unigenitum & proprium testem in hanc rem cito: *In hac re, inquit, glorificatus fuerit Pater meus, ut fructum multum adferatis: & eritus mei discipuli.* Joan. 15. v. 8. Adhæc nemo est, quin aliquid in sua vita & vocationis executione possit exhibere, quo alij in pietate vel promoteantur, vel confirmantur. Ex formicæ contemplatione ædificari homines possunt: ad quam pigrum Salomon amandat. Prov. 6. 6. Christus à puerulis modestiam animique submissionem addiscere jubet ambitiosos. Matth. 18. 2. 3. Porro singuli in suis stationibus occasiones habent singulares aliquid præstandi, quod alij simili occasione obiecta imiteantur. Atque hoc pertinet monitum Paulinum: *Redimite opportunitatem.* Eph. 5. 16. Negotiatoris initinere & regionibus peregrinis ad lucrum intenti sunt, ubicunque quæstum facere possunt, emunt, permutant, vendunt merces. Teneamus & nos in nostra peregrinatione occasiones quasvis, ut multas Christo animas lucremur. Christus ipse nunquam nusquamve occasiones ædificandi & lucrificandi homines neglexit, sed cupidè amplexus est. Ad fontem Jacobi, fatigatus ex itinere, gravique siti stimulatus, occasionem oblatam arripuit, ac mulieri Samaritanæ fontem aquæ salientis in vitam æternam, ex quo animæ fistis restinguuntur, aperuit. Imò ipse sitiit, ut Sanuaridem aquis gratiæ & sancti sui Spiritus reficeret. Joan. 4. In deerto, occasione panis & famis, quæ turba premebat, de pane & potu vitæ, quo famelicæ & siticulosæ animæ refocilantur & corroborantur, differuit. Joan. 6. Ut verè dixerit:

Esa

Esa mea est exequi voluntatem ejus qui misit me, & consummare ipsius opus. Ibid. cap. 4. 34. Ita occasione imminere Timotheum jubet Paulus: *Prædicta sermonem istum, in ista tempestivè, intempestivè: argue, objurga, exhortare cum omni iræ coibitione & doctrina.* 2. Tim. 4. 2. Elaias de se: *Dominus Iehovi dedit mihi linguam eruditissimam, ut sciam tempestivè eloqui defesse verbum.* cap. 50. vers. 4. Pastores hominum sunt pescatores. Matt. 4. 19. quare passim in vasto & falebrolo hujus mundi mare rete Euangeliæ prædicationis ejicere tenentur, sicuti pesciculum capere & extrahere possint. Huic fundamento innititur hæc Pauli exhortatio, quæ omnes pios ad bene de alijs merendum excitat. *Nempe igitur dum tempus opportunum habemus, simus benefici erga omnes, maxime vero erga domesticos fidei.* Gal. 6. 10. Omibus rebus tempus suum Deus destinavit. Dilucide hoc Salomon expressit: *Cuique sua est tempestas, & tempus cuius voluntati sub cælis. Tempus pariendi, & tempus moriendi; tempus plantandi, & tempus extirpandi quod fuit plantatum; tempus occidendi, & tempus curandi; tempus rumpendi, & tempus ædificandi, &c.* Eccl. 3. 1. & seqq. Certum quoque tempus est beneficiandi. Id verè est vitæ hujus curriculum, quod ut breve est, ita ejusdem finis incertus & nobis incognitus est. Idem tamen nobis omnis agendi occasiones præscribit atque offert. Quare sicut quitempus sementis neglexerit, hoc postea nequidquam optabit, neque quid metat habebit: Ita si quæ in hac vita nobis offeruntur bene agendi occasiones negligamus, nosq; mors improvisa aliò vocet, omnis simul mellis spes nobis perierit. Exemplum hujus in divite illo Epulone habemus, qui in gehennæ flammis ardens, ne guttulam quidem aquæ impetrare potuit, quæ arentes fauces humectaret. Luc. 16. Verus in hac vita temporis usus est, ut post cultum Deo præstitum, alij alijs beneficiamus. Omne nobis tempus periret, quod absque aliorum commendo & ædificatione elabitur. Vidit

hoc olim Titus Imperator, quem propter amabiles mores & indefessum de quibusvis merendi studium, *delicatum humani generis dictum fuisse* Suetonius scribit. Is enim cum aliquando sub noctem nullius beneficij in quenquam collati recordari posset, ajebat: *Amici, hodie diem perdidimus.* At nos, qui Christiani cluemus, nobis non perire putamus dies, quibus non solum nemini benefaciamus, sed insuper multos offendimus? Hieronymus de Ioanne Apostolo & Euangelista scribit: *Beatus Ioannes Euangelista cum Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem, & vix inter discipolorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere: nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, Filioli diligite alterutrum.* Tandem discipuli & fratres qui aderant, tatio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: *Magister, quare semper hoc loqueris?* Qui respondit dignam Ioanne sententiam: *Quia praeceptum Domini est, & si solum fiat, sufficit.* Libr. 3. Comment. in. Epist. ad Galatas. Nimirum vidit Ioannes, nos quoad huc vivimns, in omnes beneficiandi aliis occasiones intentos esse debere. Observent hoc (quod in transcurso addo) qui dum vivunt, nulli beneficiunt; jam vero morituri pauperibus aliquid legant: prout porci non nisi jugulati & mactati, hominum commodis & utilitati servient. Hi ex alieno liberales sunt. Dum enim moriuntur, cum vita possessionem simul atque jus opum suarum amittunt. Quae viventes facimus opera, sequentur nos, teste Angelo. Apoc. 14. 13. Neque tamen simpliciter damnamus omnes, qui ejusmodi testamenta officiosa condunt: sed ut quisque quoad in vivis est, officium faciat, monemus, ut jam moriturus Deo possit de credita sibi dispensatione rationem reddere.

Quamvis autem omnium ordinum homines cavere sibi sollicitè debeant, ut ne per ipsos veniat scandalum; sed hoc potius agere, ut alios verbis factisque ædificant, & ab avijs

in regiam veritatis, pietatis & salutis viam ducant; in primis tamen toto pectore, omni studio, cunctisque nervis in rem hanc incumbere debent, quicunque vel ætate, vel donis, vel dignitate, & munere aliquo alijs sunt superiores. Huc vergit illud Christi: *Cuicunque multum datum fuerit, multum repetetur ab eo, & apud quem depositum fuerit multum, amplius reposetur ab eo.* Luc. 12. v. 48. Hoc ipsum cum lege naturæ convenit. In brutis animalibus sensum hunc inesse cernimus, ut suos benefactores agnoscant, & bonam iisdem gratiam referant. *Agnoscit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui.* Esai. 1. v. 3. Rudis tellus agricolarum labori atque industria responderet, adeò ut quo diligentius colitur, eo ubiorem proventum ferat, messemque habeat copiosorem, qui sementem fecit liberaliter. Quidni homines Dei respondeant liberalitati & beneficentiae, qui eos præstantissimis atque amplissimis donis præ alijs cumulavit, ne maligni & fraudulentи sint eorum, quæ apud ipsos deposita sunt, custodes & dispensatores? Evidem cui quinque ad negotiandum ex eis, talenta divinitus credita sunt, manus ex iis lucrū facere tenet, quam qui unum duntaxat accepit. Adhæc quo magis quis eminet, eo magis spectabilis est, & minus occultatur. Inde natum est illud Christi: *Non potest urbs occultari supra montem positā.* Matth. 5. 14. Quemadmodum urbs in sublimi monte sita latè non potest, quin ab omnibus conspicatur: Sic qui in eum gradum à Deo elevati sunt, ut omnium oculis conspicui sint, neque quæ faciunt celari queant, hoc unum, sedulè agent, ut omnibus spectatoribus prosint, fideque & pietate præludent. Porro qui ordine alijs præponuntur, alijs præeundo viam rectam monstrare debent. Sic Paulus, Sylvanus & Timotheus Thessalonicensibus, Thessalonicenses Macedonibus & Achajicis aliisque facem fidei, dilectionis & omnigenarū virtutum prætulerunt. Dulce sonant que de hoc mutuo ædifica-

ædificationis studio scripta Apostolus reliquit : *Euangelium nostrum constituit apud vos non sermone solum, sed etiam potentia & Spiritu sancto, & certioratione: sicut nostis quales fuerimus inter vos, vestri causa.* Et vos imitatores nostri facili fuitis & Domini, recepta sermonecum afflictione multa, cum gudio Spiritus sancti: adeò ut fueritis exemplaria omnibus credentibus in Macedonia & in Achaja. A vobis enim non solum personuit sermo Domini in Macedonia & Achaja; verum etiam in omnem locum fides vestra que est in Deum, dimanavit, ut neceſſe non habeamus: quicquam loqui. 1. Thess. 1. 5.—8. Atque eò enixiūs aliorum ædificationi invigilabunt qui iis præſunt, donisque præcellunt, quia interiores à superioribus pendere solent, ac ſeſe ad eorum exemplum componere, ſive bonum illud fit, ſive malum. Verè enim Salomon : *Dominataris attendentis verbo falsitatis omnes ministri sunt improbi.* Prov. 29. 12. Ergo ſenes doceant, instituant, ad omne officii munus instruant adolescentes, ac virtutum illis exemplo prælucēant. Anibus Paulus inculcat illud: *Vt sint honestatis magistri: ne sapere doceant adolescentulas, ut sint maritorum ac liberorum amantes.. &c.* Tit. 2. 3. 4. Ecclesiarum ministri nunquam obvifcantur hortatus A postoli: *Eſto exemplar fidelium in sermone, in conuerſatione, in charitate, in ſpiritu, in fide, in caſtitate.* 1. Tim. 4. v. 12. Quid jucundius, quid utilius, quid ad corda auditorum permovendum efficacius, quam ubi bonâ conſcientiâ pastor ſuæ fidei commiffum gregem, cum Paulo, ſic affari potest: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Christi?* 1. Cor. 11. 1. Item: *Nos metipſos pro exemplari præbemus vobis ad nos imitandos.* 2. Thess. 3. 9. Bonum enim eſt docere, ſi quis quod dicit idem faciat. Qui namque fecerit & docuerit, hic magnus in regno cœlorum.. Verba ſunt Ignatii in Epiftola ad Ephesiſos: in qua eadem hoc ejusdem legitur dictum: *Præſtat eſſe & tacere, quam loqui & non eſſe.* Nec aliud in docente quam morum exemplar desiderat Aristoteles in Rhetoricis: quando

quando non tam sermonem quam opinionem de dicente persuadere docet: Hinc veriſſime non nemo: *Optima argumenti forma eſt, revera præſtare, quod facile præſtitu politare.* Cui conſentit Libanius in Apologia Socratis ſcribens: *Si quis ab his, ad quæ alios impellere vult, quam longiſſime recedet, diſtorum confiſum, factorum exemplo deſtruxit: dum eo quod infirmius eſt incitat, eo, quod potentius exiſtit, avertit.* Et paulo pōſt: *Atque omnino in ejusmodi rebus confidatius fidus facit, qui prius actiones quas alii ſuſcipiendis conſuluit, aggreditur.* Ut mirandum non fit, ipſum Dei Filium piatum actionum τύπον in concione valedictoria in dimiſſionis ſuæ exemplo diſcipulis commendaffe, quando dixit: *Exemplum præbui vobis, ut prout ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Ioan 13. 15. Reges, principes & magistratus ſecum recogitent, eſſe ſe paſtores populi, cui bono præcire debent exemplo. Pſal. 78. 71. *Lucerna ſunt ſubditorum, quibus, fide, pietate, iuſtitiā, & temperantiā prælucere debent.* 2. Sam. 21. 17. Vita eorum Cenlura eſt, eaque perpetua, ad quam diriguntur ſubiecti, quibus non tam imperio opus eſt, quam exemplo, quod in primis hoc in ſe boni habet, quod approbat, quæ magistratus præcipiunt fieri poſſe. Facere recte cives ſuos princeps optimus, faciendo docet: cumque fit imperio maximus, exemplo major eſt. Experientiæ ſuſtentaculo nititur illud Ciceronis Libri 3. de Legibus: *Non tantum mali eſt, peccare principes, quamquam eſt magnum per ſe ipsum malum, quantum illud, quod permulti etiam imitatores principum existunt.* Neque enim vitia ſolum concipiunt ipſi principes, ſed ea plerumque infundunt in civitatem. Neque obſunt, quod ſolum ipſi corrumpantur, ſed etiam quod corrumpunt: plusque exemplo, quam peccato nocent. Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloriā amplificati, vel corrumpere mores civitatis, vel corrigerere poſſunt. Ita quoque parentes liberos ſuos Christo lauifacere tenentur, & ad Deum adducere; non corrumpere & pet-

& perdere malo exemplo. Parentes si sint pietatis exemplaria, & virtutum specula, exhortationes, correctiones & castigationes eorum maximi apud liberos sunt ponderis. Contrà qui optimè docent, & pessime vivunt parentes, unā manu struunt, quod alterā destruunt. Docet autem experientia, facile dirui, quæ magnis laboribus multisque sumptibus exstruuntur. Funēs sunt prava parentum exempla, quibus liberos ad sui pertrahunt imitationem. De Nabdō rege Israelis, Ieroboamī impii patris, impio filio, historia sacra: *Fecit quod malum videtur in oculis Iehovæ; ambulans in via patris sui; & in peccato ejus quo ad peccandum induxit Iosephum.* 1. Reg. 15. 26. Enervis atque mortua est verbalis absque honorum operum exemplis doctrina: sicuti ex opposito pia exempla doctrinæ sunt anima, quibus efficax illa & utilis redditur. Quod si pater quispiam filium suum ad ebrietatem & scortationem hortaretur, horrendum ac detestabile hominis monstrum, morteque dignissimum, merito haberetur. Quid de iis statuendum, qui exemplo scortationis & ebriositatis fortius atque efficacius liberos ad eadem scelera proritant? Ecquid olim Deo responsuri sunt parentes, qui liberos ad vitam æternam in viis Domini perducendos, pravis exemplis in ignem æternum secum abducunt? Sæviant in seipso; sed liberorum suorum saltem habeant rationem, ne eos secum in infernum præcipitent.

IV. Q U I D?

Scandalorum authores manet triste & terribile saevis, vae, si dicitur, temporaria & sempiterna poena. saevis enim notat calamitates summas & tristissimas, ab effectu: quia calamitates vae (fas sit ita loqui) & ægræ carni animoq; faciunt. Vae istud peccatores omnes contumaces & resipiscere nescios manet. Vae genti peccatrix! clamat Propheta Esai. 1. v. 4.

In

I N M A T T H. X V I I I .

159

Intonabat olim Deus minitabundus: *Maledictus qui facit utrūcunq; erret in via: & dicebat totus populus, Amen.* Deut. 27. 18. Utique bis maledictus, qui coecitate mentis percussos & veræ Dei cognitionis expertes, exemplo pravo in coecitate confirmat: ac illuminatos à Deo, suorum errorum terribilis in errores reducere satagit. Emphasim voculæ hujus Vae exprimit alterum illud Christi enunciatum: *Quisquis offendiculo fuerit uni ex parvis istis qui in me credunt, præstiterit eum ut suspendatur mola afnaria in collo ejus, ac demergatur in profundo maris.* Mat. 18. 6. Cæterum Christus terrificum illud Vae denuncians, offendiculorum authores præmoniet, ut magnopere sibi à suppliciis imminentibus caveant: idque tūm ut ipso ad relapsientiam invitet atque existimulet: tūm ut lapsos & eorum exemplo seductos hortetur ut resurgent, & in viam veritatis ac salutis redeant: tūm ut pios omnes commonefaciat, ne seduci se ab eis patientur, ut ne iisdem peenis involvantur.

Uſus ad errantibus.

Terribili isthoc VAE semper aures corporis atque animi vestri perlonent scandalorum authores. Gravissime Paulus: *Ne errate, inquit: Deus non irridetur:* Gal. 6. v. 7. Rursus: *Horrendum est incidere in manus Dei vivi.* Hebr. 10. 31. Risi vobis est & oblectatio, proximo offendiculum exemplis pravis objicere. Ast Deus Vae illud vobis occidit: *Vae vobis qui ridetis nunc: nam lugebitis & fletibitis.* Luc. 6. 25. Nemirum ut crepitus spinarum subolla, ita est refus stolidi Salomone teste, Eccl. 7. 6. Brevis durationis est risus ille & carnis oblectatio, & in æternum luctum ac fletum exit: quemadmodum spinæ ollæ subjectæ, rametsi ignem perquam luculentum faciant, citissimè extinguitur. A quo non abludit istud Jobi: *Canticus improborum à propinquio est,* h.e.

h. e. nuper demum coepit, & gaudium hypocrita usque ad momentum durat. cap. 20. 5. Horrificum isthoc < i > duabus quidem scribitur literis, & unâ enunciatur syllabâ; sed non nisi gravissimis atque æternis terminatur (imò ne terminatur, quidem) pœnis. Graphicè istas pœnas damnatorum Esaias depingit, dicens: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, eruntque nauſæ omni carni.* cap. 66. 24. Loquitur Propheta ad similitudinem magnæ alicujus stragis, quâ cæſi sint homines impij magno numero, jaceantque cælorum cadavera inhumata, partim vermibus scatentia, partim igni injecta, ad quornm spectaculum egrediantur qui per illos diu ac graviter fuerant oppressi. Itaque significat, damnatos dirum ac horribilem in modum pavidos atque irquietos fore; ac si vermis cor alicujus hominis roderet, aut exederet ignis, nec tamen ita exesus interiret. Æquissimum enim est, ut qui in Deum prævaricati sunt, & sanctis ejus præceptis parere noluerunt, perpetuo conscientiae remorsu, tanquam verme in pectore, affligantur & excrucientur. Ac quum impij nunc summo in honore habeantur, atque pios velut ex alto despiciant, & offendicula eis petulantem objiciant; etiam cum extremis cruciatibus summam ignominiam sustinebant: sicuti par & æquum est, quibus contemptui & ludibrio fuit Dei gloria, eos probris omnibus obrutos, Angelis & toti mundo abominationi esse. In miserrimam olim Israëlitæ in deserto inciderant miseriam, cum Jehova ignitos emiserat serpentes, qui eos pungebant & excruicabant. At longè major erit miseria, quando damnatos æterni cruciatus, tanquam diluvium quoddam iauundabunt. Illic igniti fuerunt serpentes: hic stygij & infernales erunt dracones, quorum caput est *Dracon ille magnus rufus, & Serpens antiquus.* Apoc. 12. v. 3. 9. Ibi homines ad tempus vexati sunt: hic tormenta perpetuum durabunt. *Ad æternum supplicium abibunt impij.* Matth.

25. 46. Post innumera annorum millia, semper cogitare cogentur, hoc ipsis tantum esse tormentorum principium. Sic ignis ibi consumit, ut semper tamen quod consumat, retineat: sic tormenta ibi augmentar, ut semper renoventur. Sic damnati moriuntur, ut semper vivant: sic vivunt, ut semper moriantur. In deserto Deus, quâ est misericordia, contagio & morsui adhibuit remedium: hic levamen ac solamen apparebit nullum. O infelicissimos damnos! Sicuti omnes aquæ terrestres in immensum procurrunt & confluunt Oceanum: Ita in Gehenna omnes plagæ & supplicia concurrent ad reprobos excrucianum. Si ordinaria hujus vitæ mala, unum duntaxat corporis membrum invadentia, tâm sunt gravia: quanto majora futura sunt, quum omnia membra conjunctim & in æternum, divinæ iræ equuleis torquebuntur? Futura ibi est malorum omnium præsentia, nec ulla animæ facultas aut corporis pars cruciati carebit. Quando electi & beati in coelo læti exclamabunt: Felices nos, qui in domo Patris sumus, in qua multæ sunt habitiones! Ioan. 14. 2. reprobi & damnati vociferabuntur: *Tanquam pecudes in inferno dispositos mors depascit nos.* Psal. 49. 15. Quando illi dicturi sunt: *Comedimus, bibimus, lætamur, canimus præ hilaritate animi:* tûm hi moestos hosce questus sunt fusuri: *Esurimus, sitimus, erubescimus, clamamus præ dolore animi, & præ contritione spiritus ejulamus.* Elai. 65. 13. 14. Quando beati in verba hæc ovantia erumpent: *Nunc filij Dei sumus: nunc manifestum factum est id quod audiveramus.* 1. Joan. 3. 2. Nunc effulgemus ut Sol in regno Patris celestis: Matth. 13. 43. Tunc damnati flebile illud ingeminabunt: *Abominationi sumus omni carni: vermis noster non moritur, & ignis noster non extinguitur.* Elai. 66. 24. Denique quando lætitia illi exultabunt ajentes: *Nos illi sumus qui venerunt ex afflictione magnâ: & lavimus stolas nostras ac dealbamus in sanguine Agni.* Ideo sumus ante thronum Dei.

Apoc. 7. 14. 15. Pervenimus Tzijonem cum cantu, & letitia perpetua super caput nostrum est: gaudium & lœtitiam affecuti sumus: fugeruntque mœror & gemitus. Esai. 35. 10. Tunc hi ejulantes & mærentes conquerentur: Mutati sunt torrentes nostri in picem, & pulvis noster in sulphur: terra nostra est pro pice ardente: noctu & interdiu non extinguitur, in seculum ascendit fumus ejus. Ibid. cap. 34. 9. 10. Tunc implebitur illud: Homines querent mortem, & non invenient eam: & cupient mori, & fugiet mors ab eis. Apoc. 9. 6. Eamdem peccatum Christus alibi offendiculis, h.e. offendiculorum authoribus, interminatus est dicens: Sicut colliguntur zizania & igni exuruntur: Ita erit in consummatione seculi hujus. Mitteret Filius hominis Angelos suos, qui colligent ex ipsius regno omnia offendicula, & eos qui dant operam transgressioni Legis: projicientque eos in fornacem ignis: illic erit fletus fridorque dentium. Matthi. 13. 40. 41. 42. Huc huc animum advertite scandalorum authores. Ebriosi, qui offendicula objicitis omnibus vestræ ebriositas consciis, ac presertim uxori ac liberis, quos vel pravo exemplo ad sceleris societatem pellicitis, vel ad durâ paupertatem redigitis. Væ vos terrible manet. Audite clamantem Prophetam: Væ surgentibus summo manè, ut potum inebriantem sectentur; prorogantibus ad crepusculum usquæ, ut vinum intendat ipsos. Esai. 5. 11. Vestrum Vah in Væ æternum convertetur. Nec aliter Salomon: Cui vae? cui eheu? Immortibus apud vinum, euntibus ad investigandum vinum misum. Prov. 23. 29. 30. In primis verò aures arrigite vos gigantes fortesque & strenui athletæ, qui in flagitioso ebrietatis certamine palmanū bibendi aliis præripitis. Largius vobis stipendum decretum est. Væ valentibus potare vinum, & strenuis ad miscendum potum inebriantem. Esai. 5. 22. Nec melior sors manet avaros, qui scandalum præbent, tūm domesticis, quos festis diebus à Dei cultu avocant, & ad duros labores adigunt, adeoque ex Dei filiis misera Mammonæ:

man-

mancipia faciunt: tūm pauperibus, ad quorum querelas & clamores aures & corda claudunt, nihil in eos erogantes: tūm proximis, quos per fas & nefas defraudant, emungunt, expilant: tūm piis omnibus, quos ad tristitiam contorquent. Et his horrendum Væ per Prophetas suos Deus denunciat. Esaiæ est illud: Væ conjungentibus domum domui, agrum agro adhucibentibus; donec nihil amplius sit loci, & efficiamini habitatores vos soli in media hac terra. Cap. 5. 8. His congruerter Ieremias: Væ edificanti domum suam iniustiæ, & macula sua iniuriæ; amici sui servitutem exigenti gratis, & mercedem operi se jesus non danti ei. cap. 22. v. 13. Quod & illaspestant Habbacuci: Væ multiplicanti non sua (quousque tandem?) & numerose aggreganti penes se densissimum latum, h.e. spolia, dñitias, quæ non magis commodant avaris possidentibus, quam si densissimo luto sese immergerent. Et paulò post: Væ dedito quæstui malo pro domo sua. cap. 2. v. 6. 9. Idololatria, qui incautos à Deo ad idola abducunt, similiter Deus Væ illud minatur: Væ illi qui dicit ligno, expurgiscere, evigila, lapidi silenti. Ibid. vers. 19. Itemque injustis judicibus, iniquis magistratibus, fallacibus secretariis, & infidis ac perfidis advocatis: Væ decernentibus decreta iniqua, & scribentibus molestiam quam illi præscriperint: ad evertendum de causa tenues, ad rapiendum jus pauperum populi mei, ut sint vidua præde ipsis, & pupilos diripient. Esai. 10. 1. 2. Nec effugient Væ isthuc ignavi & infidi pastores, qui pro eo, quod fanâ doctrinâ piâque vitâ, hominibus suæ fidei commissis viam ad coelum monstrare ac præire debebant, offendicula eis, ad quæ impingant & corrunt, heterodoxiâ malisque exemplis ponunt. Væ pastoribus qui perdunt & dispergunt gregem pascui mei, dictum Iehovæ. Idcirco sic ait Iehova Deus Israëlis contra istos pastores, qui pascunt populum meum; vos dispergitis oves meas & dispellitis eas, non autem visitatis eas: ecce ego animadversurus sum in vos malignitatem actionum ve-

strarum, dictum Iehovæ. Ierem. 23. 1. 2. Haud latuit id Paulum: *Vae*, inquit, mihi nisi euangelizem. 1. Cor. 9. 16. Eadem mensurâ Deus metietur dolosis scelerum artificibus, qui infidias aliis struunt, ac circumventos violenter & crudeliter opprimunt. *Vae cogitantibus iniqitatem & dantibus operam malo in cubilibus suis*, quod illucescente manè faciunt, quum est in potestate manus ipsorum: qui concupiscunt agros quos rapiant, & domos quas admant: opprimentes virum cum domo eius, quemque cum possessione sua. Mich. 2. 1. 2. Sed nec impune ferent seductores, qui fucatâ boni, veri atque honesti specie aliis imponunt. *Vae dicentibus de malo bonum esse, & de bono malam*: statuentibus tenebras pro luce, & lucem pro tenebris; statuentibus amarum pro dulci, & dulce pro amaro.. Esai. 5. v. 20. Cum his annumeramus eos, qui federa cum impiis Dei hostibus & idololatris ineunt; quibus idolorū cultores in idolatria confirmant, pios subditos contristant, ac sacerdotium Dei nomen blasphemis exponunt. Experti Israëlitæ cum Ægyptiis fedus pangentes: *Vae descendantibus in Ægyptum ad auxilium, & qui innituntur equis*: qui confidunt curribus quum multi sunt, & equitibus quum sunt numerosi valde; neque respiciunt ad sanctum Iraelis, & Iehovam non requirunt. Ibid. cap. 31. 1. Si cui ergo terrible illud *vae* effugere animus est, semper animo contrito, humili, & mærore, ex peccatis admissis, ac offendiculis usquam unquam proximo objectis, presso, Ecclesiæ Iudaicæ in hac vita succlamet: *Vae jam nobis quod peccaverimus!* Thren. 5. 16. Etenim si nos ipsos dijudicaverimus, non judicabimur. 1. Cor. 11. 31. Imprimis vero proximum ædificemus, atque ad veritatem & pietatem, ac consequenter ad vitam æternam juvemus & promoveamus. Sic verè beati erimus. Neque enim fallit pronunciatum Apostolicum: *Fratres, si quis inter vos aberravit à veritate, & converterit eum quispiam, sciat eum qui converterit peccatorem ab errore viae sue.* servaturum animam à morte.

IN M A T T H. X V I I I .

morte. Jacob. 5. 19. 20. Animam, inquit, servaturus est; non errantis duntaxat, sed etiam propriam. Ideo Paulus Timotheo scribit: *Id si feceris, & te ipsum servabis, & eos qui te audierint.* 1. Timoth. 4. 16. Hac nos gratia & gloria Deus in æternum beet. A M E N.

C O N C I O S E X T A

I N

M A T T H. X V I I I . vers. 8. 9.

Si verò manus tua vel pes tuus offendiculo tibi est, excinde ea, & abjice abs te. melius est tibi ad vitam ingredi claudum aut mancum, quam duas manus vel duos pedes habentem conjici in gehennam ignis.

Et si oculus tuus offendiculo tibi est, erue eum, & abjice abs te. melius est tibi luscum ad vitam ingredi, quam duos oculos habentem conjici in gehennam ignis.



Eriti atque prudentes medici, & grotum sanaturi, in primis in morbi caulam studiose inquirunt, quâ cognitâ medicamentis catharticis, amaris potionibus, phlebotomiâ, membra alicujus refectione, aliisque convenientibus remediis & antidotis adhibitis, morbum tollere atque curare sat-

gunt. Nam quoad incognitæ sunt membrorum causæ, removeri nequeunt, nec æger pristinæ restitui sanitati potest. Christus verus est animarum medicus, pastrorque fidissimus, qui in mundum venit, ut oves morbo affectas confirmaret, ægrotas curaret, & confractas obligaret. Neque id duntaxat, sed etiam ut morbos ipsarum in se susciperet, *ao animam suam pro eis deponeret*, quod recuperatâ spirituali sanitatem, vivant. Ioan. 10.10. 11. Ante animi oculos hæc habuit Esaias Propheta, qui, actus & repletus prænuncio illo Christi Spiritu, ait: *Morbos nostros ipse pertulit, & dolores nostros balulavit. Ipse vulneratur propter transgressiones nostras, atteritur propter iniquitates nostras, castigatio pacis nostra incumbit ei, & vibicibus ejus fit curatio nobis.* Omnes nos ut ovis erravimus, unusquisque in viam suam nos convertimus. Iehova verò fecit ut incurveret in eum iniquitas omnium nostrum. Esai. 53.4.5. 6. Medicus hic pastoralis, & pastor medicus, gravissimos & lethiferos animæ morbos depulsurus, ac ab æterna morte suos servatus, spiritualis ægritudinis causam priùs indicat, & removet, ut sic curatio melius & felicius procedat, ac animæ illorum ægræ convalescant. Paralyticum sanaturus, primò omnium morbifontem aperuit atque obstruxit. *Confide, inquit, fili, remissa sunt tibi peccata tua.* Matth. 9. 2. Hac medendi methodo hic quoque utitur cœlestis Archiatrus. Jusserat suos ab offendiculis ponendis sibi cavere, h.e. operam dare ne quis proximum dicto factove offenderet, illique author exitij esset. Promptum erat querere; sed quomodo id consequemur, effectumque dabimus? Istam ergo rationem eos jam porrò docet, præcipiens ut offendiculis, quum in nobis gliscunt, fortiter resistamus; tūm mortificando prava carnis desideria, quoties illa in membris nostris sele exerunt, atque ad eorum nos abusum solicitant: tūm inordinatos nostros affectus refrænando, ne in actum erumpant: tūm ligando externos nostros sensus, ne ad peccandum nos titillent:

titillent: tūm denique rescindendo & vitando occasiones omnes, quibus ad scandalum objicienda excitamur. Partes duæ sunt:

I. Remedium adversus offendicula.

II. Rationes, cur remedium illud adhibendum sit.

Christus Jesus me docentem Spiritu veritatis, *πνευματικas*, & prudentiae: vos audientes Spiritu attentionis, docilitatis, fidei, obedientiae, & timoris. Jehovæ induat. *AME N.*

I. R E M E D I U M.

Antidotum ac remedium præsentissimum & efficacissimum offendiculorum præscribitur & exprimitur priori parte versuum octavi & noni. *Si verò manus tua vel pes tuus offendiculo tibi est, excinde ea, & abjice abs te. Et si oculus tuus offendiculo tibi est, erue eum, & abjice abs te.* Julianus Apostata, (quem Nazianzenus *Idolianum, Hydram, Chimaram, Cerberum, porcum fætidum, volutumque in luto suum* in Orationibus suis nuncupat) ex his Christi sententiis Christianam religionem irrisit, ut fatuam, crudelem, vanam, eo quod propria membra mutilare & amputare præcipiat. Risit etiam Christianos, quorum nemo id faciat, & Christo Magistro obtemperet. Sed vel non intellexit, vel malitiosè detorsit mentem Christi perditissimus & impudentissimus Apostata. Haud imus inficias, præceptio nem isthanc, si propriè & ad literam intelligatur, stolidam esse, nec à flagitio abesse. Nam è diametro sexto Legis præcepto repugnaret, *Non occides, putà te vel alium.* Sub cæde læsio omnis & mutilatio membrorum intelligitur. Atque huc vergit lex charitatis: *Diliges proximum tuum ut teipsum.* Matth. 22. 39. Ad hanc regulam proximi dilectionis con-

conformanda est atque dirigenda, quæ à seipsa incipit. Quod haud obscurè Servator innuit, dicens: *Quæcumque volueritis ut faciant vobis homines, ita & vos facite eis.* Ibid. vers. 7. 12. His congruenter Salomo: *Qui cogitat sibi malefacere, is va- catur sceleratissimus.* Prov. 24. 8. Paulus quoque superstitionem corporis ēφεδar Deo summè displicere affirmat. Col. 2. 23. Et apertissimè distinguit inter corporalem exercitationem & pietatem: illam ad paucā, hanc ad omnia utilem esse asserit. 1. Tim. 4. 8. Quum olim istam corporis ēφεδar Deo Iudæi hypocritæ penitissimi obtruderent, ac de ea insolentiū cum eo expostulantes dicerent: *Quare dum jejunamus, non respicis? quare dum affligimus animam, non agnoscis?* Deus ad iram concitatus respondit: *An hujusmodi esset jejunium quod eligo, ut per diem homo affligat animam suam? an ut incurvet tanquam juncus caput suum? an ut cilicum induat ac cinerem sibi substernat?* An hoc vocabitis jejunium, & diem acceptum Iehovæ? Esai. 58. 3. 5. Meritò ergo ridentur Baalitæ, qui incidebant se pro ratione ipsorum, h. e. ex more gentium, gladijs & spiculis, usque ad eò ut perfunderent se sanguine. 1. Reg. 18. v. 28. Res ipsa clamat. Qui manus & pedes suos exscindunt, oculosque ipsi sibi eruunt, ineptos se ad Dei cultum reddunt, nec commodè infervire Spiritui possunt. Nec enim manus ad Deum elevare, nec ad opera vocationis eas extendere, nec alios eis sublevate & juvare possunt: nec sacros cætus pedibus truncati, frequentare: neque opera Dei intueri exculati. Verè & appositè ad hanc rem dixit Gregorius Magnus: *Dum plus justo caro restringitur, etiam ab exercitatione boni operis enervatur, ut ad orationem vel prædicationem non sufficiat, dum incentivis vitiorum funditus suffocare festinat.* Libr. Moral. 30. cap. 28.

Impropriè & figuratè verba hæc Christi sunt accipienda, estque in eorum enarratione observanda regula Augustini: *Si præceptiva locutio flagitium aut facinus videtur jubere, aut*

aūt utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata est. Libr. 3. de Doctrina Christiana. cap. 16. Nōs Christum duo istis verbis exprimere & commendare voluisse haud dubitamus.

I. Per manum, pedem, oculum intelliguntur res charissimæ, pretiosissimæ, conjunctissimæ, & quæ ad vitæ hujus conservationem utilissimæ & maximè necessariæ videntur: quæ æquè nobis charæ ac manus, pes & oculus sunt. Ecquid enim membris corporis charius? Disertè Apostolus: *Nullus unquam suam ipsius carnem odio habuit: imò enutrit ac foveat eam.* Eph. 5. v. 29. Corpus cum suis membris animæ est instrumentum: ad omnia quæcunque agunt homines, utile corpus est: atque in omnibus corporis usibus multum interest, esse quam optimè affecto corpore. Quid oculo pretiosius? quid charius? Hinc in oculis ferre, est præcipue amare. *Lucerna corporis est oculus, Christo teste Matth. 6. 22.* Quod Sol & Luna in coelo, hoc sunt oculi in homine. Carcer est totum corpus, tenebrolo inhorrens situ, nisi oculorum illuminetur aspectu. Adrianus Imperator cum servi sui oculum stylo vulnerasset atque eruisset, eum ad se vocavit, fecitque potestatem, ut pro illa calamitate munus peteret. Cum autem ille miser taceret, rursus hortatus est Adrianus, ut quicquid vellet, peteret. At ille negavit se aliud quam petere: optare verò se oculum, quem amississet. Enim verò quod tandem munus inveniri possit, quo oculus amissus rependatur? Galen. libr. de cognoscend. & curandis animi morbis, cap. 4. Hebræi de re quam quis diligenter, studiose, ac cum cura custodit, dicunt, *conservari eam ut pupillam oculorum.* Prov. 7. 2. David, divinæ se commendans protectioni, orat: *Serva me tanquam nigrum pupillæ oculi.* Psal. 17. 8. Contrà pupillam oculi alicuius tangere dicitur, qui laedit rem eam, quam ille in charissimis habet. Qui electos & dilectos Dei filios tangit, h. e. injuriâ & malis afficit, tangit pupillam oculi ipsius. Zachar. 2. 8. Simili phrasí Paulus, de Galat.

tatis loquens, utitur: *Testimonium reddo vobis; vos, si fieri potueris, occidet vestros effosas datus mihi fuisse.* Perinde enim est atque si dicat: Ad eō vobis charus fui & acceptus, ut nullis rebus, quantumcunque necessariis, parsuri fueritis, si eas defideraffem. Galat. 4. 15.

Porro quid *manibus* utilius? Manus *domus* seu corporis sunt *custodes*. Eccl. 12. 5. Uti custodes ad hostes propulsandos, pericula arcenda, aliosque usus in domo necessarij sunt: Ita & manus ad corporis humani conservationem & defensionem. Instrumenta sunt pace non minus quam bello necessaria. His operamur, scribimus, cibum ori ministramus, præclarata facta patramus, Deo supplicamus, proximo laboranti succurrimus. Deus, qui hominem nudum & inermem in nuda humo natali die ad vagitus statim & ploratum abjicit, duobus eundem validissimis præfidiis armat, quæ cæteris animantibus denegat, ratione & manu. Ratio artium omnium ars & officina: manus organum est ante omnia organa. Ratio est manus intellectus: rationis oratio: orationis manus. Manus enim jussa facit: jussa obediunt rationi: ratio vis intellectus est. Distinctè dicam & explicate. Manuum officium ususque triplex est: 1. apprehendunt. 2. tactus sunt aestimatrices & judices. 3. ad dolores levandos, ad injurias propulsandas, & ad anticarum partium tutelam, organa sunt accommodatissima.

Denique quid *pedibus* magis ad ambulandum, & totum corporis onus ferendum necessarium? Salomon pedes robustis viris assimilat. Eccles. 12. 5. Quemadmodum enim viri robusti non tantum recte, celeriter & firmè ingreduntur, sed etiam magnum & grave onus portare possunt: Ita pedibus homo non solum incedit, sed illi etiam totius corporis onus portant, & robore suo sustinent. Iobus significaturus, quam beneficus, humanus, & officiosus in ege cap. 29. 15.

Sed

Sed quomodo nobis *manus*, *pes*, *atque oculus* sunt offendiculi? Hoc sit, quando personæ vel res nobis charissimæ & gratissimæ, à vera fide nos avocant, & in cursu pietatis & constantiae impediunt. Metaphora sumpta est ab ambulantibus vel currentibus. Homines in his terris viatores sunt & peregrini. Iacobum Patriarcham, piū illud filicernium, ac viatorum omnium antesignanum, audite. Interrogatus ille à Pharaone rege Ægypti: *Quot sunt dies annorum vita tue?* respondit: *Dies annorum peregrinationum meorum sunt centum triginta annorum: pauci & mali fuerunt dies annorum vitae meæ, neque attigerunt dies annorum vite patrum meorum, quibus diebus illi peregrinati sunt.* Gen. 47. 9. Lex Dei via illa est, per quam piis ambulandum, ut ad vitam æternam perveniant. David canit: *Beati integri via, qui ambulant in lege Iehovæ: qui etiam non operantur iniquitatem, sed in viis ejus ambulant.* Psal. 119. 1. 3. In hac via offendiculi nobis sunt, quæcunque nos impediunt, quominus inoffenso cursu aut gradu in Lege Domini pergamus. Sunt enim peccata veluti sara, ad quæ impingimur, vel etiam corruimus. Unde illud Pauli: *Qui sibi videtur stare, videat ne cadat.* 1. Cor. 10. 12.

Hi manus & pedes exscindendi, hi oculi eruendi sunt & abiciendi. Similitudo petita est à chirurgis, qui quoties ab oculo, vel manu, vel pede, vel quacunque parte & membro corporis malignè affecto atque inflammato toti corpori periculum est, illud resecant atque absindunt. Ita & hic res se habet. Si quæ res nobis charissimæ, & si qui nobis adeò conjuncti, grati, utiles & necessarii, atque pedes, manus, oculi, offendiculū nobis ponant, aut ad scandalum aliis præbendum nos invitent, cuius objectu à pietatis cursu, atque adeò à Deo ipso vel nos vel alii deflectant; res illæ resecandæ sunt, & hominum ejusmodi consortia fugienda. Satius enim est, illorum conversatione & præsentia in hac vita,

vita, etiam cum molestia & damno, carere, quām illā fruendo in aeternum damnari. Notum, si aliquā corporis parte correptā sphacelo periclitetur corpus totum, & alterum experiendum sit; vel membra unius, vel totius corporis jactura, ut in ejusmodi easu p̄aestat longē membra unius dispendio redemptum ire salutem totius, & oculo, vel pede, vel manu privari, quām vitā. Sic si omnis generis illicia & commoda nobis proponantur, & nos in talia affectu sequè tenero feramur, quali ferimur in oculi, pedis, vel manus conservationem; p̄aestat tamen nos privari talibus, quām illis frui, cum dispendio salutis. Evidem longē p̄aestislet Epulonem deliciis omnibus privari hāc in vitā, quām damnari ad ignem gehennæ in futurā. *Luc. 16.*

A P P L I C A T I O

Isthoc Christi monitum in aures ac corda nostra penetret: Quæcunq; charissima & pretiosissima habemus, atq; ut oculos, manus & pedes magnificamus; libenter subitoq; resecemus atque abjiciamus, cum à Deo nos abstrahunt, & lapsus ac offensionis occasionem obijciunt. Et hoc est quod alibi vult Servator: *Si quis venit ad me, & non odit(h.e. qui amat supra me, Matth. 10. 37.) patrem suum, & matrem, & uxorem & liberos, & fratres & sorores, atque adeò etiam animam suam, non potest meus esse discipulus.* *Luc. 14. 26.* Exigit à suis Christus, ut ipsum omnibus, quos conjunctissimos habeat & naturæ legibus commendatissimos, p̄aferant, imò hos tantum non odio aut ab ipsis divelli oporteat. Nimirum per comparationem habeamus, ut neminem nobis tam charum aut amicum pos sanguinis sui pretio sibi acquisivit. Etenim quum inter homines

I N M A T T H . X V I I I .

Homines certi conjunctionis & cognationis gradus sint; quorum respectu aliquos p̄e alijs diligere debemus; equum utique est ut supra omnes Christus emineat, qui Caput nostrum est, & Dei Patris sui filios nos fecit. Ipsos etiam affec̄tus, qui per se laude digni sunt in officio continebimus, ne nos à fide & pietate, quam Christo debemus, transversos abripiant. Nec est quodd quē hujus *rescisionis & abjectionis charissimorū*, & quod ex illa contrahitur damni, pudeat aut poeniteat: nam aeternā gloriā compensabitur. Stabit enim uberimo suo promisso fidissimus & munificentissimus Servator: *Quisquis reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, causā nominis mei, cenzuplicia accipiet, & vitam aeternam hereditatis jure possidebit.* *Matth. 19. 29.* Ecce, quisquis rejicit & resecat ea quæ retenta nocitura erant & perditura; iucratur salutaria & aeternam duratura. Nos pro decimæ partis incremento & accessione centum damus: ut vigesimam partem lucremur, bona nostra mille periculis terrâ marique exponimus. Hic quæritus major est atque uberior. Nam pro rebus momentaneis consequemur bona aeterna, pro levibus ponderosissima, pro incertis certissima.

Nonnullis parentes, uxor & liberi, fratres atque sorores &c. oculis sunt chariores; ut in ipsis gratiam nihil non sibi faciendum & patiendum putent, etiamsi in Dei ignominiam, conscientiæ læsionem, & proximi offenditionem illud vergat. Sed abnegandi sunt parentes, uxor & liberi, fratresq; ac sorores, & quasi reseandi & abjiciendi, si ad apostasiam, scelera & flagitia nos solicitent. De tribu Levi sea Levitis. Moses: *Dicit de patre suo & de matre sua, non respicio eum, fratres suos non agnoscoit, & filios suos non recognoscit: quia observant sermonem tuum, & fedus tuum custodiunt.* *Deut. 33. v. 9.* Noluit Deus eos perdonis, præsertim propinquis, ne rebus humanis studiosius hærere; sed in hoc tantum incum-
bere.

C O N C I O S E X T A

bere, ut Deum colant, & alios in cultu ejus retineant. Edixit quoque Iehova, ne ulli authori apostasie, quamvis coniunctissimo & charissimo, parcatur. Lex ita sonat: *Si clam inicit te frater tuus filius matris tue, aut filius tuus, aut filia tua, aut uxor charissima tibi, aut amicus tuus qui est sicut tu ipse, dicendo: Eamus & colamus Deos alienos, quos non noveras tu aut maiores tui, ne acquiescito illi; neq; auscultato illi; neque parcito oculus tuus illi, neque clementia utitor, neque celato illum: sed omnino occidito illum, manus tua primum esto contra illum ut morte afficias illum, postea vero manus totius populi: & obrues eum lapidibus, ita ut moriatur, quia quæsivit te depellere a Iehova Deo tuo.* Ibid. cap. 23. 6. 8. 9. 10. Diligendus est generator, sed non contra Dominum, Creatorem & Patrem coelestem. Notum est mosisitum Apostolicum: *Liberi, auscultate in Domino parentibus vestris.* Eph. 6. vers. 1. Eatenuis obediendum parentibus, ne laedatur erga Deum pietas, quæ primum obtinet gradum. Nam si ad Dei institutum, tanquam ad suam regulam, exigenda est filiorum subjectio, præpostorum foret per eam ab ipso Deo abduci. Non nisi in justis & æquis rebus parentibus parentum. Parentes terreni varijs suos liberos donis & beneficijs ornant: Pater coelestis & temporalibus, & spiritualibus, & æternis bonis suos filios cumulat. *Pietas vita presentis ac futura promissionem habet.* 1. Tim. 4. 8. *Animam & corpus Deus perdere potest in gehenna.* Matth. 10. 28. *Diligere etiam viri jubentur uxores suas.* Eph. 5. 25. Et sanè ardentissimus est mutuus conjugum amor. David illibatum suum erga Ionathanum affectum testaturus & expressurus: *Iucundus, inquit, fuisti mihi valde: admirabilior fuit amor tuus mihi amore feminarum.* 2. Sam. 1. v. 26. Deus ipse uxorem charissimam Ezechielis Prophetæ appellat *desiderium oculorum ejus.* Ezech. 24. 16. Sed uxori & marito præferendus est Christus animarum Sponsus. Mors solvit corporalia conjugia. At si quis Christo conjugium semel stipu-

I N M A T T H. XVIII.

Stipulatus est, nihil illum separabit à dilectione Dei. Rom. 8. vers. 39. Hic ergo locum obtinet illud Christi: *Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus: aut qui amat filium aut filiam supra me, non est me dignus.* Matth. 10. v. 37. Christus ipse, à matre suâ intempestive & imprudenter increpitus, modestè illi Patris coelestis mandatum opposuit: *An nesciebas oportere me in his esse quæ Patris mei sunt?* Luc. 2. 49. Ionathan, a Patre & Saute jussis, Davidem innocentem prodere atque occidere noluit. 1. Sam. 19. 1. & seqq. Iobus ab uxore ad impatientiam, & murmurationem contra Deum incitatus, animo virili tentationem vicit. Dicebat illa: *Adhuc tu retines integratem tuam: benedicendo Deo atque moriendo.* Sed ille os ei occlusit, & regessit: *Ut loqui solet aliquis stultorum, loqueris: scilicet bonum acceperimus a Deo, & malum non acciperemus?* Iob. 2. 9. 10.

Multi aulici & subditi, principes & magistratus suos impensius oculis, manibus pedibusque diligunt, ac in omnia eorum verba & mandata jurârunt. Sed & hi abnegandi, si à Deo abstrahere nos fatagant. Certè Apostoli, prohibiti à Iudeorum proceribus Hierosolymis Euangelijs doctrinam propagate, animo haud quicquam fratre & masculo responderunt: *Obedire oportet Deo potius quam hominibus.* Act. 5. 29. Eodem proposito animum suum obfirmarat David: *Confidentibus, inquit, principibus, de me sermones frequentantibus, servus tuus meditatur de statutis tuis.* Rutilus: *Locutus de testimoniis tuis coram regibus, neque erubescam.* Psal. 119. v. 23. 46. Hoc nomine commendantur Schadrac, Meschac, & Habed-nego, socij Danielis, qui Nebucadnezzari regi idolatriam imperanti parere recularunt, ac neque vitæ pretio, nec mortis metu verum Deum abnegare voluerunt. Memoratu dignissimum est responsum eorum: *Nebucadnezar, ut respondeamus tibi, non sumus soliti de hoc negotio. Sive futuram est ut Deus noster queas nos colimus, qui poten-*

potens est ad eripiendum nos; à fornace ignis accensa & à manu tua, ô Rex, eripiat nos. Sive non; notum sit tibi, Rex, Deos tuos nos non esse culturos, & imaginem auream quam exixisti non adoraturos. Dav. 3. 16. 17. 18. Constantius Chlorus Imperator, exploraturus aulicorum suorum in fide Christiana constantiam, simulavit, se illis facere potestatem idolis impunè sacrificandi, idque ni faciant, aulâ suâ ipsos exulaturos. Cum verò multi inter illos metu amittendæ dignitatis & honorum, Deum potius deserturi, quâm Imperatorem offensuri reprehenderentur, Constantius patefacto commento, quod celaverat, illos Dei desertores graviter objurgatos, tanquam servitio suo indignos, aulâ excedere jussit, addens hanc vocem: *Quomodo fidem Imperatori præstabunt inviolatam, qui Deo sunt perfidi?* Cæteros quorū constantiam in fide Christiana perspexerat, honoribus, præmiis, ac beneficiis collatis sibi devinxit, dictans, se eos pluris æstimare, quâm æraria thesauris ingentibus referta. Euseb. libri de vita Constantini, cap. 11. 3. 18.

Adhæc magnus eorum est numerus, qui nihil charius, nihil pretiosius, nihilque præstantius ducunt mundano honore atque splendore, & oculos sibi excisso effossoseque malleant, quâm illo exui. Verùm linquenda quoque est mundana gloria, si à Deo nos avocet. Exemplo Mosis, de quo textus sacer: Per fidem Moses jam grandis renuit vocari filius filia Pharaonis; potius eligens simul malis vexari cum populo Dei, quâm temporariam retinere peccati fruitionem: majores producens divitias probrum Christi, quâm Ägyptiorum thesauros. Intuebatur enim in premij retributionem. Hebr. 11. 24. 25. 26. Vestram appello conscientiam, utrum optabilius, honorari ad tempus, ab hominibus, in mundo: quâm æternum, à Christo, in cœlis, inspectante coelesti Patre, angelis sanctis, & electis omnibus? Atqui hoc promissum iis, quotlibet confessione Christum agnoverunt coram hominibus;

minibus. Coelestem brabeutē audite: *Quis quis agnoscet me coram hominibus, agnoscam & ego eum coram Patre meo qui est in cœlis.* Matth. 10. 32. Quod siquem Christi puduerit, ac splendoridior humano honore, quâm constante Christi nominis confessione esse maluerit, eumdem Christum sic romanem audiat, sibiique metuat: *Quemcumque puduerit mei ac meorum sermonum in gente ista adultera & peccatrice, Filium etiam hominis pudebit ejus, quando venorit in gloria Patris sui cum Angelis illis sanctis.* Marc. 8. verl. 38. Porro copiosa est seges eorum, quibus divitiæ oculis suis sunt chariores, in quibus proram puppimque suæ felicitatis collocant. Ponunt, Iobo teste, in auro spem suam: & insigni auro dicunt, fiducia mea. cap. 31. 24. Loquitur exemplum Divitie illius, de quo Servator: *Hominis cuiusdam divitis exuberat regio: Itaque ratiocinabatur apud se, dicens, Quid faciam? nec enim habeo ubi congregem fructus meos. Et dixit, Hoc faciam, destruam horrea mea, & majora ædificabo: & illic cogam omnes proventus meos, & bona mea: & dicam animæ mea: Animæ, habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, ede oblectare.* Luc. 12. 16–19. Quod quid aliud est, quâm si dixisset: Divitiæ meum sunt summum Bonum: in his confidohas cœlestibus thesauris præfero? Sed divitiæ quoque abjiciendæ sunt, si peccatorum sint illices, & scandalorum procreatrices atq; altrices. Conspicuum in hanc rē est exemplum Iobi, qui omnibus facultatibus exutus, modesto gratoque animo ingeminavit illud: *Iehova dedit, & Iehova recepit: sic nomen Iehovæ benedictum.* cap. 1. 21. Sic de se & collegis suis Petrus Christo dicit: *Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Matth. 19. 27. Divitiæ spinæ sunt acutissimæ & densissimæ, quæ semen verbi divini in agro humani cordis suffocant. Matth. 13. 22. In pedibus molestissimæ sunt spinæ: nedum in cordibus. Evellendæ ergo sunt, & extirpandæ, ne fatigantur. Laquei sunt divitiæ. Perspicue Paulus: *Qui volunt*

CONCIO SEXTA

volunt ditescere, incidunt in tentationem & laqueum & cupiditas multas amentes & damnosas, quae demergunt homines in exitum & perniciem. 1. Tim. 6. 9. Ecquis illaqueatus, expedire se ex laqueo non satagit? nedum ex illis laqueis, quibus anima implicatur & intricatur? Graviter Christus salutis nostræ fitientissimus: Quid profuerit cupidiam si luoratus fuerit mundum totum, & anima suâ mulctetur? Aut quam dabit quispiam compensationem animæ suæ? Marc. 8. 36. 37.

Denique omnibus charissima est vita hæc temporalis. Id Satanæ ipsi haud ignarum. Ait Is: Pellèm pro pelle; & quicquid est viro, daturus esset pro anima, seu vita sua. Job 2. 4. Ast vitæ potius jactura facienda, quam Deus abnegandus, & vera religio deferenda. Stat enim illud Servatoris pronunciatum: Qui invenerit animam suam, perdet eam: & qui perdidit animam suam, med' causa inveniet eam. Matth. 10. v. 39. Eapropter unus ex fratribus illis septem, quos Rex Antiochus diris cruciatibus & morte affecit, in ludibrium tradidit, quem lingua ab ipso posceretur, eam citè protulit, & manus audacter protendit, dimitque generosè: Hæc à Deo sibi possedi, atque hæc despicio propter ejus leges, ut qui hæc ab ipso spero me de integro reportaturum esse. 2. Macc. 7. 11. Verbo dicam: Diligendus est Dominus Deus noster ex toto corde nostro, & ex tota anima nostra, & ex tota cogitatione nostra. Matth. 22. verf. 37.

II. Per manus, pedes, oculos, offendiculum nobis præbentes, intelliguntur prayæ carnis concupiscentiæ, quæ se in membris nostris exerunt, & ad horum abusum nos incitant: malæ omnes & inordinatae affectiones quæ in membris nostris regnant, atq; à Deo nos abducunt. Hoc peccatum illud est, quod regnat in mortali nostro corpore, ut auscultemus illi in cupiditatibus corporis. Hæc lex illa peccati, quæ in membris nostris belligatur adversus legem mentis nostræ, & captivos nos reddit legi peccati, quæ est in membris nostris: de quibus prolixè Paulus dicit:

IN M A T T H. XVIII.

serit Rom. 6. & 7. capp. Hæc illa foeda & noxia peccati quasi anima, quæ omnia membra movet, & ad suum servitum impellit. Hæc mater, quæ infelicem peccatorum solem gignit: de qua Jacobus Apostolus: Unusquisque tentatur, dum à propria cupiditate abstrahitur & inescatur: Deinde cupiditas, posteaquam concepit, parit peccatum, peccatum vero peradum gignit mortem. cap. x. 14. 15. Radix hæc cupiditas est & principium omnium actualium peccatorum. Fons est, ex quo rivuli malitiæ in oculos, manus, pedes, omniaque corporis membra derivantur. Nidus, in quo nocentissimæ & odiosæ iniquitatis aves excluduntur & soventur. Hostes sunt carnis cupiditates, que militant adversus animam. 1. Petr. 2. 11. Vera me dicere, Christus tribus declarat exemplis, manuum, pedum & oculorum, quibus ad peccatum variè turpiterque concupiscentiæ, affectus & sensus nostri abutuntur. Manus nobis sunt offendiculo, quando impia, falsa, obsecna, blasphemæ scribunt; alterius bona rapiunt, proximum percutiunt & lœdunt; ad illicita extenduntur, & ad impudicos attactus adhibentur: quando ad dandum clausæ sunt, & semper patulæ atque apertæ ad accipiendum. Pedes nos scandalizant, quando celeres ad idola, ad flagitia, ad sanguinem fundendum currunt: & quando ad comedationes, lusus, lasciviam, & loca suspecta atque infamia nos deterunt. Oculi offendiculo nobis sunt, ubi vident vanitatem, ad mundi fastum, aliasque illecebras respiciunt, mulierem alienam, ut eam concupiscamus, afficiunt. Matth. 5. 28. Sic videntes filii Dei filias hominum, h. e. eorum quibus nulla pietas & religio cordi erat, bona forma esse, acceperunt fibi a quibusvis mulieres quas eligerant. Gen. 6. 2. Ipse David, videns ex teatro Bathsebam uxorem Uriæ, lavantem se, que quidem mulier pulchra aspectu erat valde, misit numerios ut assumeret eam, & cum ingressa ea esset ad ipsum, cubavit cum ea. 2. Sam. 11. 2. 4. Peccatis in animum per oculos via

via est, ac per eos omnia malitiæ tela ingrediuntur : irritamenta sunt vitiorum, ducesque scelerum. Per has genitinas fenestras cæcus amor irrumpit. Speculatores sunt oculi, quibus cor impurum & impudicum ad concupiscentium magis excitatur. Nuncii sunt & exploratores, ex quibus cor formositatem mulierum, ac studia peccatorum cognoscit, & à quibus ad consortium eorum invitatur. Retia sunt, quibus animus capit.

Abstinimus autem, abjicimus, & eruimus manus, pedes, & oculos, quando pravis carnis desideriis non obtemperamus, sed per sancti Spiritus gratiam resistimus; ne concupiscentiae & affectus mali in actum erumpant, neu peccatis externis proximo lapsus occasio objiciatur. Id quod Paulus clarius his verbis exprimit: *Mortificate membra vestra terrestria, scortationem, impuritatem, mollitatem, cupiditatem malam, & avaritiam, quæ est idolatria.* Col. 3. 5. *Membra ista terrestria, ad terram semper tendentia, hominumque animos in rebus terrenis retinentia, sunt omnes vitiosæ & inordinatae dispositiones, cupiditates, affectus, motus, & actus corruptæ naturæ.* Et merito quidem *membra* nuncupantur, tūm quia vetus Adamus, seu massa corruptæ naturæ in nobis habitans, corpori confertur, quod sua habet membra. Rom. 6. 6. tūm quia vitiosi affectus & actus ab hoc vetere Adamo prodeuntes, in singulis membris & partibus corporis hujus naturalis inhærent ac sese exerunt, tūm à proportione vel usi consimili, quem collata cum membris corporis naturalis habent. Quemadmodum enim nos membris corporis hujus naturalis utimur, ad expleanda desideria & perficienda opera naturæ: Sic vetus homo utitur illis vitiosis affectibus, tanquam instrumentis, ad explenda desideria, & perficienda opera peccati. Hæc membra terrestria mortificant, qui omnibus viribus & studio enituntur, ut corpus veteris Adami fiat instar cadaveris.

ris, quod quatinus quædam membra & lineamenta retinens, illa tamen sint inefficacia, vitâque & motu destituta. Qued alibi Paulus sic enunciavit: *Ne regnato peccatum in mortali vestro corpore, ut auscultetis ei in cupiditatibus corporis.* Rom. 6. 12. Ut mortificatio hæc nihil sit aliud, quædam assiduum studium sive praxis reprimendi corruptam nostram naturam, & coercendi omnes illicitas actiones & affectiones, quæ inde solent ebullire. In quo studio tria isthæc involvuntur; serium propositum peccato resistendi, cautela occasionum quæ ad peccatum solent inducere, ac usus assiduus omnium mediorum quæ ad peccatum subjugandum conducunt. Bonum propositum ipsum cor à viis peccati avertit, diligens cautela facit ne ad vomitum revertamur, usus mediorum efficit ut constanter propositum premaximus, & feliciter progrediamur. Præceptum hoc Christi de abstinentiis manibus, pedibusque & eruendis oculis, idem Paulus aliis phrasibus explicat & illustrat: veluti quum dicit: *Qui sunt Christi, carnem cruciferunt cum affectibus & cupiditatibus.* Gal. 5. 24. Nempe quod Christo Capiti factum est, etiam fieri membris debet: sensu tamén analogico. Christi caro sancta, innocens crucifixa fuit pro nostra salute: quanto magis caro nostra vitiosa atq; polluta crucifigi debet pro Christi gloria? Crucifigitur autem caro, quando pravi ejus affectus atque concupiscentiae spiritu mortificantur & expurgantur. Quod & illud ejusdem Pauli spectat: *Illud scimus, veterem illum nostrum hominem cum Christo crucifixum esse, ut aboleatur corpus peccati, ne nos amplius serviamus peccato.* Rom. 6. 6.

Usus ad tractandav.

NOstrum est, pravas concupiscentias & vitiosos affectus refrænare, ne ad peccata nos illiciant, & membris nostris tanquam injustitiae armis abutantur. Imperatur id nobis

nobis h̄c à Christo ipso, cui parere, ingenuorum ipsius discipulorum est : non parere, dedecorosum & exitiosum. Magistro suo coelesti consonat Petrus, discipulorum primus & ferventissimus pietatis Zelo : *Dilecti*, ait, *precor ut tanquam inquilini & advenae abstineatis à carnis cupiditatibus, quae militant adversus animam.* 1. Petr. 2. vers. 11. Paulus exemplum de se præbet spiritualis hujusce refectionis & abjectionis pedum ac manuum, atque effossoris oculorum. *Concedo, inquit, corpus meum, & in servitutem redigo : ne quo modo, quum aliis predicārim, ipse rejectaneus fiam.* 1. Cor. 9. 27. Consistebat hæc contusio, tūm in refrænatione cupiditatum & affectuum : tūm in abstinētia à crapula, voluptatibus, omnibusque carnis incentivis ad vitia: tūm in parsimoniâ, temperantiâ, & sobrietate perpetuâ : tūm in tolerantia afflictionum. In hunc finem semper nobis memori mente recolendum est illud Apostoli : *Vetus ille noster homo cum Christo crucifixus est.* Rom. 6. v. 6. *Commortui sumus Christo.* Ibid. vers. 8. Clavi quibus affectus & concupiscentiæ prævæ atque peccatum cruci affiguntur, iidem planè sunt, quibus Christus ipse cruci affixus fuit. Nihil enim efficacius est, quām si quis serio tria hæc consideret. Primum est, natura & meritum peccatorum. *Quisquis enim serio, secum recognitat, peccata sua mortem sibi moliri & mereri, non potest non studere, ut hanc perniciem anteverrat, per peccatorum mortificationem.* Alterutrum enim necessarium, vel ut peccata, vel ut peccatores moriantur. Inde est illud Pauli : *Si secundum carnem vixeritis, futurum est ut moriamini : sed si Spiritu actiones corporis mortificetis, vivetis.* Rom. 8. 13. Secundum quod h̄c observandum, est charitas & misericordia Dei Patris erga peccatores, qui Christum Filium suum unigenitum ad peccata tollenda misit. Charitas Dei cogit nos illud querere pro nobismetipſis, quod tām impensè pro nobis Deus quæsivit. Atq; huc tendit istud

istud Ioannis Apostoli : *Dilecti, si Deus nos ita dilexit, debemus & nos alij alios diligere.* 1. Epist. 4. 11. Tertium est gratia immensa Jesu Christi, qui omnia subiit atque perficit, ad eadem peccata delenda. Quod si charitas hæc & gratia Christi nobis sit cordi, utique corda nostra ad istiusmodi studiū constringet. Hinc tantā sermonis limpeditate Paulus: *Charitas illa Christi constringit nos: ut qui hoc statuerimus, si unus pro omnibus mortuus fuit, nempe istos omnes fuisse mortuos, & illum pro omnibus mortuū esse, ut qui vivunt posthac non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & suscitatus est.* 2. Cor. 5. 14. 15. Hi clavi illi fuerunt, quibus Christus cruci fuit affixus : non materiales illi, quos Christi occisores ad finem illum adhibebant. Quod in Christo factum, idem in nobis fieri debet. Quemadmodum *Christus pro nobis passus est carne,* h. e. secundum humanam naturam: Sic nos, Christo insiti, pati in carne debemus, id est, carnē seu corruptam naturam affligere, eam ad peccata proclivem reprimendo & coercendo, cupiditatibus pravis resistendo, easq; extinguiere conando. Ideo in carne pati, idem Petro est, quod desistere à peccato. 1. Epist. 4. 1. Sicuti Christus crucifixus est pro nostris peccatis, ne illa nobis imputentur : Sic nos veterē hominē crucifigere oportet, h. e. ita constringere virtute sancti Spiritus, ut quasi manibus pedibusque cruci suffixus, commovere se ac peccati desideria explere nequeat. Gal. 5. v. 24. Ut Christus successū cruciatuum tandem exanimatus atque extinctus in cruce obiit : Sic veterem hominem paulatim maceratum tandem enecabunt fideles, h. e. eosque subigent, ut periculum nullum sit, ne pristinum suum dominatum aliquando recuperet : quemadmodum si latronem elisis brachiis & cruribus rotæ impositum videas, haud verendum erit, ne denuo in ædes erumpat, furetur, latrocinetur. Quemadmodum Christus sepultus non amplius sensu dolorum se commovit : Sic non commovebunt se in fidelibus peccata domi-

dominantia, sed enervata prorsus, omnique dominatu extuta veluti sepulta jacebunt. Hinc Paulus: *Consepulti sumus Christo per Baptismum in mortem.* Rom. 6. 4. Ad hanc cum Christo conformitatem Joannes respiciens ait: *Quisquis in eo manet, non peccat.* Rursus: *Quisquis natus est ex Deo, peccato non dat operam, quoniam semen ipsius in eo manet: nec potest peccare, eo quod ex Deo natus est.* 1. Epist. 3. 6. 9. Semen illud est vera fides, quâ cor hominis de omnibus passionis & mortis Christi beneficiis certum est. Quorum beneficiorum hoc unum est, quod in cruce, in nostra natura passus sit, ut nos peccatum in nobis virtute passionis ejus ita crucifixum sentiamus, ut in nobis ad fructum aliquem mortiferum producendum non regnet. Huc facit Pauli illud: *Si cum Christo plantati coaliuimus assimilatione mortis ejus, nimur etiam resurrectionis assimilatione cum eo coalescere.* Rom. 6. vers. 5. Concinna similitudo. Ut planta refert naturam sui trunci, cui insita est: Ita habere oportet Dei filios similitudinem & conformitatem cum Christo, iu quem sunt plantati.

Sed, inquies, durum est atque molestum, manus pedesque resecare & abiecere, atque oculos eruere, h. e. pravas concupiscentias & affectus carnis ita refrænare. Nonne ipse Paulus, qui totum se Deo ac pietatis exercitiis consecrârat, flexiles istos questus fundit: *Novi non habitare in me (id est, in carne mea) bonum, nam velle adest mihi, sed ut quod bonum est efficiam, non affequor.* Non enim facio bonum quod volo, sed malum quod nolo, hoc ago. Quod si id facio ego, quod ego nolo, non amplius ego id perpetro, sed peccatum quod in me habitat, id perpetrat. Invenio igitur volenti mihi facere bonum, hanc legem impostam esse, quod mihi malum adjaceat. Delector enim Lege Dei quod ad interiorum hominem: sed cerno aliam legem in membris meis belligantem adversus legem mentis meæ, & captivum reddentem me legi peccati, que est in membris meis. Errunnoſus ego homo, quis me erit?

eripiet ex illo corpore mortis. Rom. 7. 18—24. Ubi sic tremunt trabes in domo Dei, à tegulis quid expectandum? Heroes ubi in spirituali hac lucta suam agnoscent infirmitatem, tyrones quâ subsistent? Resp. Haud me diffiteri, difficile hoc esse atque molestum. Sed neque absque magno cruciatu & dolore, manus & pedes affecti *abscinduntur & abjiciuntur, oculique eruuntur.* Et patiuntur tamen hoc ægri, ut totum servetur corpus: Ita, quamvis isthæc affectuum & concupiscentiarum pravarum abscissio ac refrænatio carni nostræ ægrè faciat; nos tamen, ut corpus & animam æternum servemus ab interitu, eam ne omittamus. Facilior autem erit, si media hæc sedulò adhibeamus.

1. Christum intueamur, qui tantos corporis dolores & nimæque angores toleravit, ut nos à peccato liberaret. *Quum constitutus esset in angore, erat sudor ejus quasi grumi sanguinis descendentes in terram.* Luc. 22. v. 44. Ergo & nos ægrè carnifaciamus, eamque contundamus, ne ab ea perdamur. Sanguinem Christi propter peccata nostra fusum ante oculos nostros proponamus, & quoties hunc intuiti fuerimus, ad spiritualem hanc pugnam accendamus & acuamur: quemadmodum milites regis Antiochi, pugnaturi contra Judæos, *elephantibus suis ostenderunt sanguinem uxæ & mororum,* ut ad pralium eos instituerent ac acuerent. 1. Macch. 6. v. 33. 34. Paulus nos hortaturus, ut abjectis omnibus remoris & impedimentis, stadium totum pietatis decurramus, non solùm sanctorum hominum, sed etiam Christi exemplum imitandum nobis proponit: *Proinde nos quoque,* inquit, *quam tanta nos circumstet testium nubes, abjecto omni pondere, & peccato ad nos circumcingendos proclivi, per tolerantiam propositum nobis stadium decurramus:* intuentes in fidei ducem ac consummatorem Iesum, qui pro sibi proposito gaudio sustinuit crux, ignominia contentâ, & ad dexteram throni Dei confedit. Heb. 12. 1. 2. Cursus est tota piorum vita ad vitam æternam.

Ita ergo currendum, ut in mortis agone dicere, cum Paulus, possimus: *Cursum consummavi.* 2. Tertii. 4. vers. 8. Tum autem expeditiores ad cursum futuri sumus, ubi omnes sarcinas, quae impedimento in cursu nobis sunt, deposuerimus: in primis vero sarcinam pravitatis naturae & peccati nobis inherenteris.

2. Quo molestior & difficilior haec refrænatio & abscessio est, eo firmiori cordis proposito nos armemus ad hanc spiritualem nostri curationem. Hanc artem ex Petro dicamus: *Quum Christus passus sit pro nobis carne, vos quoque eadem cogitatione armamini, nempe quod qui passus est in carne: destitit a peccato: ut non amplius cupiditatibus hominum, sed voluntati Dei, quod in carne reliquum est temporis vivat.* 1. Epist. 4. 1. 2. Pietas Christiana firmum & constans est propositum, quod tanquam scutum omnibus peccandi illecebris opponitur. Barnabas Antiochenos ad constantiam in Dei cultu, errorum aversionem, & solicitam salutis curam extimulaturus, *bortatus est omnes ut proposito cordis permaneant cum Domino.* Act. 11. v. 23: Eos qui sancto hoc proposito animum obfirmarunt, nulla periculorum atrocitas, nulla carnis importunitas, nulla mundi seductio, nulla Diaboli tentatio a Domino abstergere potest. Sic armatis jugum Christi facile est, & onus ejus leve. Matth. 11. 30. Quo sensu Ioannes affirmat, *præcepta Dei regeneratis non esse gravia.* 1. Epist. 5. 3. Ergo si quem Satan ad lasciviam tentet, si lictorandi & moechandi occasionses objiciat, hoc se armet proposito: Carnis concupiscentias pravas refrænabo, mortificabo membra terrefiria, scorbutationem, impuritatem, mollitiem. Col. 3. v. 5. Absit a me, ut carnis voluptatibus indulgeam. *Corpus meum Christi membrum est.* Num igitur sublatum membrum Christi, faciam sicuti membrum? Absit. 1. Cor. 6. 15. Isto proposito Iosephus ad adulterium, a lasciva & impudentissima hera, solicitatus, animum suum armarat: *Quomodo, inquit, facerem malum hoc maximu-*

maximum, & peccarem in Deum? Gen. 39. v. 9. Nam probè secundissimus hic juvenis armarat. Tenacissimus erat sanctissimi hujus propositi, nolle se fidem suam, cui dominus suus omnia commiserat, perfidè violare: nec in Deum, conjugi authorem & assertorem, peccare. Si quem Diabolus ad blasphemias, perjurium, obtrectationes, convicia, obmurmurationem invitet; is animum suum obfirmsit proposito hoc Davidico: *Dixeram, observabo vias meas, ne peccem linqua mea: servabo circa os meum capistrum: obmutescam silentio.* Psal. 39. 2. 3. Si quem Satan, mundus & caro perversa ad idolatriam & coelestis veritatis abnegationem tentet; is vestigia premat sociorum Danielis, qui hoc se proposito contra idolatriam armarent: *Nebucad - netzar, ut respondeamus tibi, non sumus solicii de hoc negotio.* Sive futurum est, ut Deus noster quem nos colimus, qui potens est ad eripiendum nos a fornace ignis accensa & a manu tua, o Rex, eripiat nos: Sive non, notum sit tibi, Rex: *Deos tuos nos non esse culturos, & imaginem auream quam erexisti non adoraturos.* Dan. 3. v. 16. 17. 18. Cordibus eorum penitus infixum erat, ne latum quidem unguem se a legitimo Dei cultu discedere velle. Sic Cyprianus, quaesitus ad supplicium, religionis Christianæ causâ, cum suaderent Imperatoris aulici, ut deliberaret quid faceret, & vitæ suæ parceret, memorabilem illam vocem protulit: *In re tam sancta nulla deliberatio.* Hoc proposito oculos suos vinxerat, & quasi eruerat sibi lobus: *Fedus, inquit, pepigeram cum oculis meis: & quid advertissim animum ad virginem?* cap. 31. v. 1. David manus suas abscidit & cohibuit, ne Saulem regem läderent. Audite ipsum Davidem reverenter Saulem allocuentem: *Quare auscultas verbis cujusquam dicentis: Ecce David querit malum tuum?* Ecce hoc die viderunt oculi tui, Iehovam tradiisse te hodie in manum meam in ista spelunca, ac si dixisset ut occiderem te: at perciperit oculus meus tibi, dixi enim, non extendam manum meam in dominum meum, nam unctus Iehova est.

CONCIO SEXTA

væ est. *Iud*, pater mi, etiam atque etiam vide alam pallij in manu mea: ex eo quod excindendo alam pallij tui non interfici te, agnosce & vide non esse in manu mea malum aut defctionem, neque peccasse me in te, quamvis tu veneris vitam meam, ut intercipias eam. *Judicabit Iehova inter me & te*, & ulciscetur me Iehova de te: at manus mea non erit contra te. Quemadmodum dicitur sententia illorum antiquorum, ab improbis prodeat improbitas: at manus mea non erit contra te. 1. Sam. 24. v. 10—14. Sic manum suam quasi refecuit & abjecit Iobus: *Si agitavi contra pupillum manum meam*, id est, inhumanè repulsi, cecidi, aut terminatus sum, manu meâ, h. e. potentiâ & autoritate abusus; quod viderem in porta auxilium meum: humerus de scapula sua decidat, & brachium meum ab acetabulo defringatur cap. 31. verl. 21. 22. Consimiliter Salomon pios hortatur, ut pedes suos abscondant: *Fili mi, ait, si pellicere volent te peccatores*; ne acquiescito. Si dixerint, *veni nobiscum, insidiemur sanguini*, abscondamus nos contra innocentem impunè, &c. Fili mi, ne ambulato via communis cum illis, cohibe pedem tuum à semita illorum. *Quia a pedibus suis ad malum concurrunt, & festinant ad effundendum sanguinem.* Prov. 1. 10. 11. 15. 16.

3. Omnibus viribus ad laboremus, & in eo enitamur, ut sensus, affectus & concupiscentiae, quæ ad malum feruntur & impellunt, ad contrarium bonum ferantur. Peccatum regnat in animo per malas cogitationes, & vanas oblectationes. Nostræ cogitationes versentur in verbo Dei intelligendo, amplectendo, & ad salutem applicando. Huc illud Davidis vergit: *Beatus est vir ille, cuius oblectatio est in lege Iehovæ: & qui de lege illius meditatur interdiu ac noctu.* Psal. 1. 2. Semper simus defixi in cogitatione rerum honestarum. Namque hoc est quod vult Apostolus, diceas: *Quod reliquum est, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque veneranda, quæcumque justa, quæcumque pura, quæcumque amabilia, quæcumque honi nominis, si qua virtus, & si qua laus est, hac reputate.* Philip.

IN MATT. XVIII.

Philip. 4. 8. Concupiscentia prava dominatur in memoria per avâvryçiv vanitatum, injuriarum illatarum, turpiumque sermonum & actionum. Nos nunquam deponamus memoriam peccatorum nostrorum, iræ divinae adversus peccatores, diei mortis & postremi judicii. Ita de te David: *Defectiones meas ego agnoscō, & peccatum meum obversatur mibi jugiter.* Psal. 51. 5. Praeclarè quoque Siracides: *In omnibus sermonibus tuis memento finis tui, & in æternum non peccaturus es.* cap. 7, 38. Concupiscentia imperat affectionibus per iracundiam, invidiā, odium, superbiam, &c. Nos affectus omnes Deo & omnigenis virtutibus consecremus. Servatori pareamus dicenti: *Discite à me quidam misericordia & humilis corde.* Matth. 11. 29. Cui congruenter Paulus: *Nihil gerite per contentiōnem aut per inianem gloriam, sed ex animi submissione alijs alios existimate sibi præcellere.* Ne sua quisque spectate, sed unusquisque etiam quæ sunt aliorum. Itaque is sit affectus in vobis qui fuit & in Christo Iesu: qui quum esset in forma Dei, non duxit esse rapinam, parem effecum Deo: sed ipse se inanxit, formâ servi acceptâ, similis hominibus factus. Philip. 2. 3—7. Concupiscentia & affectiones pravæ membra corporis in servitutem peccati redigunt, & turpiter iis, tanquam *armis injustitiae*, abutuntur. Nos sicutamus membra nostra arma justitiae Deo. Rom. 6. 13. Extendamus manus nostras, ad Creatoris gloriam, tūm per preces & gratiarum actionem, sitque omnium nostrum ista vox: *Attollamus animum nostrum cum manibus, ad Deum fermem in oëhs.* Thren. 3. 41. Paulus inculcat idipsum: *Volo viros orare in quovis loco, puras manus attollentes, absque irâ & disceptatione.* 1. Tim. 2. v. 8. tūm per laborem in vocatione, nam ad operandum manus divinitus datæ sunt. Disertè Paulus: *Qui furabatur, non amplius furetur: sed potius labore, operando manibus quod bonum sit, ut habeat quod impetrat cui opus fuerit.* Eph. 4. 28. Moveat nos largissimum illud Dei promissum strenue operantibus factum: *Labore manuum tuarum fruēris.*

frueris: beatus eris, & bene erit tibi. Psal. 128. 2. *tum ad proximum per opera charitatis & misericordiae.* Duæ sunt fideli salutiferae manus. Dexterâ Christum cum omnibus suis beneficiis acceptat. Sinistrâ proximum prehendit, cibas eſurientem, reficit ſitientem, veftit nudum, erigit lapſum, moeſtum ſolatur. Divinum audite præceptum: *Quia non definet egens ē medio hujus terræ; idcirco ego præcipio tibi dicendo, liberaliter aperito manum tuam erga fratrem tuum, erga pauperem tuum, & erga egenum tuum in terra tua.* Deuter. 15. 11. Salomon virtutes piaæ mulieris deſcribens, ait: *Volam ſuam pandit pauperi, & manus suas extendit egenti.* Prov. 31. verſ. 20.

Porrò pedibus rectè utamur & incedamus, habito reſpe-ctu, tum ad Deum, tum ad nos ipſos, tum ad proximum. *Ad Deum;* Ad Dei gloriam pedes efferimus & dirigimus, quando templum frequentamus ad audiendum Dei verbum, u-tendum Sacramentis, & Deum cum tota Ecclesia invocandum atque celebrandum. Hoc votum David Rex animo ſuo fovit, hoc proposito eumdem obſtavat, hoc gaudie compleatus exultavit: *Lætor, inquit, inter eos qui dicunt mihi, In domum Iehovæ eamus. Nam stare poſſunt pedes noſtri intra portas tuas, o Ierusalem.* Psal. 122. 1. 2. Idem in exilio oberrans propter perſecutionem Saulis, & prohibitus ingressu ſacri Tabernaculi, quiritatibus ait: *Hæc recordans, effundeo in me animam meam: nam transibam cum turma, alacriter ingrediębar cum illis ad domum usque Dei, cum voce cantus & laudationis, cum multitudine ferante.* Psal. 42. v. 5. *Ad nos ipſos;* Celeriter atque fideliter pedibus in exequenda vocatione ambulemus, memores mandatorum Apostolicorum: *Vt unumquemque vocavit Dominus, ita ambulet.* 1. Cor. 7. v. 17. *Ambulate ita ut convenit vocationi quā vocati eſtis.* Ephes. 4. 1. *Ad proximum;* Rite pedibus utimur, ſi agrotos inviſamus, & *ad eos qui in carcere ſunt veniamus.* Matth. 25. 36. Amici Io-

bi,

bi, quamvis alio nomine reprehendendi, in ſacris Literis commendantur, quod profecti ſunt quisque ē loco ſuo, & conuenierunt pariter, ut venirent ad condoleendum Iobō gravifime afflito, & ad conſolandum eum. Job. 2. 11. Jobus ipſe ſe velut pedes claudio ſuiſſe afferit. cap. 29. 15.

Denique oculis utamur ad Dei gloriam, proximique ac noſtram ſalutem. *Ad Dei gloriam, tum eos ad Dei opera convertendo, ac inviſibilem pereia quæ inviſibilia ſunt contemplando.* Huc nos vocat A poſtolus: *Dei, inquit, inviſibilia, jam inde à condito mundo ex iis que fecit mente perpenſa pervidentur, æterna videlicet ejus tum potentia tum diuinitas.* Rom. 1. verſ. 20. tum ſacra Biblia inſpicio, & verbum Dei ſtudiouſe legendo. Serio Salomon: *Fili mi, ait, ne decadant ſermones Dei ab oculis tuis, cuſtodi eam quo verè eſt sapientia, & ſalutiam.* Prov. 3. 21. Davidis oculi prævenierunt excubias, ad meditandum de ſermone Iehovæ. Psal. 119. 148. tum oculos ad Deum per preces & gratiarum actionem elevando. Exemplum præit Christus, qui Patri ſuo coeleſti pro electis ſuppliaturus, oculos ſuos in cœlum ſuſtulit. Ioan. 17. 1. Sic de ſe David: *Ad te attollo oculos meos, o tu qui ſedes in cœlis. Ecce ut oculi fervorum ſpectant ad manum dominioram ſuorum, ut oculi ancillæ ad manum heræ ſua: ita oculi noſtri ad Iehovam Deum noſtrum, deneſ gratiam feceris nobis.* Psal. 123. 1. 2. *Ad proximi ſalutem oculis ſtis utuntur, qui conſpecto paupere, oculos ab eo non avertunt, qui periclitanti ſuccurrunt, nudum veſtiant, cæcum ducent, nec diviti & honorato invident.* Iobus ut oculi fuit caco. cap. 29. 15. Eſaias inculcat illud: *Quum videris nudum, tege eum: & à carne tuę ne abſconde te.* cap. 58. verſ. 7. Salomon, Dei nomine, hoc addit promiſſum: *Bonus oculo, ipſe benedicitur, quam dederit de pane ſuo tenui.* Prov. 22. 9. Tandem in motu uſuque oculorum proprieſ ſalutis habenda eſt ratio, ut ambulemus in vocatione noſtrâ. Datâ Deo homini ſunt oculi acrie, ut Pastor Eccleſiae lectioni ſacred

sacrae Scripturæ intentus sit; studiosus authores bonos e-
volvat; magistratus leges salutares inspiciat, ac patriæ &
Reipublicæ propisciat; paterfamilias vigilanter donesti-
corum actiones observet; mercator ad parandum victum &
amictum exeat; artifex artificium suum excolat; operarius la-
bore manuum suarum perfundatur. *Qui aperit oculos suos,*
cibo satiatur. Prov. 20. 13. Hoc ipsum de reliquis omnibus
corporis membris statuendum est. Summa huc redit: Tra-
stanti sunt affectus & sensus nostri, sicuti parentes cultel-
lis acies retundunt, priusquam eos infantium suorum mani-
bus committant, ne iis vulnerentur: Ita si amor noster mun-
dum colat, ad Christum ejusque justitiam: si odium nostrum
in fratres feratur, idem in peccatum omnesque pravos affe-
ctus convertere oportet.

4. Dei verbum diligenter meditemur. Est enim illud
gladius Spiritus; Eph. 6. 17. quo omnes carnis pravae cupi-
ditates, affectus & motus resecantur. Paulus appositè ad
hanc rem: *Vivus est sermo Dei & efficax & penetrantior quovis*
gladio ancipi: & pertingit usque ad divisionem anima simul ac
spiritus, compagumque ac medullarum: & dijudicat cogitationes
& conceptus cordis. Hebr. 4. 12. Hoc gladio Christus omnes
ignitas Diaboli tentationes vicit. Matth. 4. v. 3. & seqq.
Idem anceps & acutus gladius, in concione Legis, in cōrda
nostra infixus, veterem hominem mortificat & jugulat. Un-
de litera occidens ab Apostolo vocatur. 2. Cor. 3. 6. Sacri-
ficia sumus Deodicata: occidendi ergo sumus & dissecandi,
non quoad corpora & animas; sed quoad naturæ deprava-
tionem, malas affectiones, carnisque rebellionem:
quod fit gladio verbi, quo peccati radices resecantur. Hoc
solo nomine gladius hic spiritalis commendatissimus no-
bis & gratissimus esse debet. Qui fistulâ laborat, medicum
accersit, qui eam dissecet, ut discutiat & sanet: Et nos ad-
mittere recusaremus ancipitem & acutum cœlestis me-
dici

dici gladium, quo suppurationes & apostemata peccati in-
ciduatur & aperiuntur? Evidem Deo vivere nequimus,
nisi nobis ipsis mortui prius fuerimus: neque peccatis possu-
mus mori, nisi concupiscentias carnis enecaverimus, pra-
vusque affectus jugulaverimus. Eodem etiam gladio pec-
catorum reliquæ & pravi affectus ac concupiscentiæ sub-
inde repulentes, in credentibus rescinduntur. Id quod
Christus vitis ac palmitum similitudine probat, dicens:
Omnem palmitem qui fert fructum purgat Pater meus, ut plus
fructus adferat. Iam vos puri estis propter sermonem quem loqui-
tus sum vobis. Ioan. 15. 2. 3.

5. Per preces ad Deum configiamus, ut is affectus no-
stris refrænet per Spiritum sanctum. Sit idem nostrum,
quod olim fuit Davidis, votum: *Animum mundum crea mihi*
Deus, & spiritum firmum renova intra me. Psal. 51. 12. Quod
si offendiculo nobis sint oculi, oremus cum Davide: *Averte*
oculos meos, ne respiquant vanum. Psal. 119. v. 37. Si pedibus
tardioribus incesserimus in viis Domini, supplicemus coe-
lesti Sponso, cum sponsâ Ecclesiâ: *Trabe me, post te curremus.*
Cantic. 1. 4. *Manus quoque nostras Deo commendemus,*
cum Moïse: *Adsit amanitas Iehova Dei nostri nobis, & opus ma-*
nuum nostrarum stabili apud nos: opus, inquam, manum nostrarum
stabili. Psal. 90. v. 17. Precibus pravae cogitationes à
Diabolo suggestæ, & ignitæ tentationes ad peccata superan-
tur. Stat enim pronunciatum isthuc Servatoris: *Hoc genus*
demoniorum non egreditur nisi per precationem. Matth. 17. 21.
Ideoque nos ingeminare in precibus jussit illud: *Ne nos in-*
ducas in temptationem, sed libera nos à malo. Matth. 6. vers. 13.
Suaviter Augustinus: *Qui luxuriosis cogitationibus durissimo*
hujus mundi iugo se nimium gravari cognoscit, orationibus projicite
jugum Diaboli, & excipiatis jugum Christi. Ser. 100. de Tempore:
Exempla loquuntur. *Quum Satanás appeteret Petrum quia*
ventilaret sicut triticam; Christus pro eo deprecatus est, nō deficeret
fides

C O N C I O S E X T A

fides ejus. Luc. 22. 31. 32. Innuens , precibus Satanae tentationes superari. Paulus colaphos sibi à Satana infictos, h.e. tentationes, quibus carnem ejus ad resistendum spiritum incitabat, precibus avertit : *Super hoc*, inquit, *ter Dominum rogavi, ut abscederet à me.* Neque defuit ipsi auxilio Dominus ; sed dixit : *Sufficit tibi gratia mea : nam potentia mea per infirmitatem consummatur.* 2. Cor. 12. 8. 9. Quod si cor tuum ardentis avaritiæ excæcare Diabolus satagat ; tu ad preces confuge. Deinde cum Davide ora: *Flecte animum meum ad statuta tua, neque finas deflecti ad questum.* Psal. 119. 36. Si ad lasciviam tetrasque libidines te Satan tentet, mox cum Siracide Deo supplica: *Domine pater & Deus vitæ meæ, cupiditates averte à me, & contine semper eum qui cupit servire tibi : ventris appetentia & concubitus ne occupent me, & animo impudenti ne tradas me famulum tuum.* cap. 23. 4. 5. Si ad superbiam, contumaciam, & cordis in malo obstinationem Satan te extimulet ; Davidico tuum votum junge: *A contumaciis subtrahe servum tuum, ne dominentur in me, tunc integer & insensu à defectione magna.* Psal. 19. 14. Precibus quoque mundi ad peccata allectamenta & impetus, vincuntur. Haud ignarum id Davidi, qui mundi infidias & suggestiones declinaturus atque repullurus, preces hasce fudit: *Ne finas inclinari animum meum ad rem malam, ad agitandum actiones per improbitatem cum strenuis operam dantibus iniquitati: etiam ne inscier rebus amoenis eorum.* Psal. 141. 4. Adhæc carnis corruptæ importunitatem & ferociam precibus domare ac frangere possumus. Christus discipulis suis, in utramque aurem dormientibus, ac salutis suæ socordibus, consilium hoc fugerit: *Vigilate & orate, ne introeatis in temptationem.* Spiritus quidem est promptus, sed caro infirma. Matth. 26. 41. Orandum ergo Deus, ut Spiritu sancto nos induat, cuius gratiâ & virtute, *carnem crucifigamus cum affectibus & cupiditatibus.* Gal. 5. 24. Jam defino, ac Concionem hanc ob signo voto Paulino:

I N M A T T H. X V I I I .

Iino: Ipse Deus pacis sanctificet nos totos: & integer noster spiritus, & anima & corpus inculpatè in adventum Domini nostri Iesu Christi conserventur. Fidelis est qui vocavit nos, qui etiam id efficiet. 1. Thess. 5. 23. 24. Etiam, Domine: facito id ad tui nominis gloriam. *A M E N.*

C O N C I O S E P T I M A

I N

M A T T H. X V I I I . vers. 8. 9.

Si verò manus tua vel pes tuus offendiculo tibi est, excinde ea, & abjice abs te. melius est tibi ad vitam ingredi claudum aut mancum, quam duas manus vel duos pedes habentem conjici in ignem eternum.

Et si oculus tuus offendiculo tibi est, erue eum, & abjice abs te. melius est tibi luscum ad vitam ingredi, quam duos oculos habentem conjici in gehennam ignis.



Ihil bonę frugis liberos acriūs & efficaciūs ad obedientiam mandatis parentum debitam exstimulat, atque filialis eorum erga parentes amor, certa largi præmij expectatio, & poenae immorigeris liberis decretæ & irrogandæ metus

C O N C I O S E P T I M A

metus. Quicunque enim parentes suos ex animo diligunt, ea dantaxat quæ parentibus grata atque accepta esse norunt, promptè & alacriter faciunt; quæ vero iisdem disperdunt, studiose atque solicite fugiunt. Nec mirum. Sol terrenus frigidis durisque lapidibus aliquandiu radiis suis afulgens, ita eos paulatim calefacit, ut aliquem de se calorem emittant. Quid si liberi frigiditate atque duricie lapides æquarent, attamen sensus quotidiani parentum erga ipsos amoris, corda eorum ad parentes redamandos promptaque obedientiam exhilarandos meritò excitaret & inflammareret. Quos vero filialis amor ad istam obedientiam permoveare haud potest; eos proculdubio amplissimorum præmiorum pollicitatio & spes, commonitorum & commotura est, ut fideliter officio liberorum fungantur, & jussis parentum suorum obtemperent. Parentes ipsi liberos morigeros impensè diligunt, præmiis decorant, variisque beneficiis cumulant. Deus vero (quod maximum atque inæstimabile est præmium) liberos parentibus obsequentes, temporalibus, spiritualibus atque æternis benedictionibus ditaturus & beatus est. Neque enim promissio ejus, quinto Decalogi præcepto annexa, fallit, quam sic Apostolus exprimit: *Liberi, auscultate in Domino parentibus vestris. id enim est justum. Honora patrem tuum & matrem: quod est præceptum primum cum promissione: ut bene tibi sit, & sis longævus super terra.* Eph. 6. v. 1. 2. 3. Ast si ne præmij quidem exspectatio in officio continere liberos potest, utique penæ metus eos coercebit, & obedientiam eis extorquebit. Sanxerat olim Lege Deus, ut filius contumax, à parentibus delatus, lapidibus obrueretur. Si cui fuerit filius contumax & rebellis, qui non auscultat voce patris sui & matris sua: quamvis castigaverint eum, tamen non auscultat illis: ideoque prehendentes eum pater ejus & mater ejus, produixerint eum ad Seniores civitatis sua, & ad portam loci sui; dicentes Senioribus civitatis sua, filius iste noster.

I N M A T T H. X V I I I .

197

noster contumax & rebellis, non auscultat voce nostra; comedat & ebriosus est: tuno obruerent cum omnes cives ejus lapidibus ita ut moriatur, & tolles malum illud è medio tui; ut omnes Israëlite audiant & timeant. Deuter. 21. v. 18 — 21. Huc spectat illud Salomonis: *Oculus qui subsannat patrem, aut spenit obedientiam matris, hanc effodient corvi vallis, aut comedent eum juvenes aquilæ.* Prov. 30. vers. 17. Neque tamen hic divina ultio subsistit: nam non obedientes parentibus æterna & secunda mors manet, Paulo teste Rom. 1. 30.

Se d, inquires, quorū hæc tam aliena à subjecta matre, tamque longè petita? Aures nobis commoda arrectas atque dociles, tu quisquis es auditor vel lector, & accommodatissimè ad rem præsentem ista dici atque afferri, agnoscēs. Sumus nos Dei filij per gratiam adoptionem & secundam novamque generationem. Joannem adi & audi: *Quotquot Filium Dei exceperunt, dedit eis hoc jus, ut filii Dei sint facti, nempe iis qui credunt in nomen ejus.* Ioan. 1. vers. 12. Quantum vero hoc? Idem Joannes, in admirationem raptus, exclamat: *Videte qualēm charitatem dedit nobis Pater, nempe ut filij Dei vocem!* 1. Epist. 3. 1. Æquissimum ergo est iisdem nos rationibus ad obedientiam coelesti Patri præstandam stimulari, quibus moti liberi, terrenis parentibus sunt obsequiosi. Ac primò quidem *charitas Dei, quæ effusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis,* Rom. 5. 5. nos ad Deum coelestem Patrem redamandum, honorandum, & novâ obedientia exhilarandum cogit. Diversè Apostolus: *Charitas illa Christi confringit nos.* 2. Cor. 5. v. 14. Nota hæc certa atque indubitata est amatorum Dei. Rotundè Servator: *Si quis diligit me, sermonem meum observabit. Qui non diligit me, sermones meos non observat.* Iōan. 14. vers. 23. 24. Natura ipsa hoc dicit: Nam si quem virum diligimus, ea tantum facimus, quæ adlubetere ipsi novimus. Petrus *Christum diligens, libenter & diligenter overa-*

gnosque ejus pascit. Joan. 21. v. 15, 16, 17. Porrò uberrima quoque præmia coelestis Pater iis proposuit & promisit, qui mandata ipsius promptè exequuntur. Testem cito Davide: *Deus hereditatem das reverentibus nomen tuum.* Psal. 61. 6. Advoco etiam Paulum: *Pietas ad omnia utilis est, ut que promissionem habeat vita presentis ac futurae.* 1. Tim. 4. v. 8. Sed nec prætermittendum hinc est largissimum illud Christi promissum: *Si quis diligit me, sermonem meum observabit: & Pater meus diligit eum, & ad eum veniens, & apud eum habitabimus.* Ioan. 14. vers. 23. Verùm enimverò si neque Dei amor, neque spes præmij, Dei filios ad obediendum Patri coelesti excitare potest atque permovere; utique metus temporalium & sempiternorum suppliciorum, immorigeris denunciatorum, eos à Dei offensione abstrahet atque absterrebit, eisq; obedientiam mandatorum ipsius exprimet. Graviter Baptista: *Qui non assentitur Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Ioan. 3. 36. Quibus congruenter Paulus: *Revelabitur Dominus Iesus de celo, cum Angelis suis potentibus, cum igne flammante, infligens ultionem iis qui Deum nesciunt, neque auscultant Euangelio Domini nostri Iesu Christi: qui paenam pendent æterni exitij, expulsi à facie Domini & gloria virium ipsius.* 2. Theff. 1. 7. 8. 9.

Iisdem & nos rationibus impelli atque excitari, Christo monitore, debemus ad abscissionem & abjectionem manuum ac pedum, oculorumque effossonem & reuotionem, si offendiculo nobis membra isthæc fuerint, h. e. tūm ad abnegationem rerum omnium charissimarum & pretiosissimarum, quæ nos à cultu Dei & fide in Christum avocant: tūm ad refrænationem affectuum ac desideriorum carnis, quæ in membris nostris regnant, & à Deo nos abstrahunt. Christus tantopere nos dilexit, ut semetipsum pro nobis tradidit. Potest enim fidelium quisque Paulo succlamare: *Filius Dei duxit ME, & tradidit semetipsum pro ME.* Gal. 2.

v. 20. Debemus ergo & nos, ex amore in Christum, *in carnem pati*, h. e. à peccato désistere, 1. Petr. 4. 1. ac charissima quævis propter nomen ejus derelinquere. In verbis, quæ interpretatione nostrâ illustranda suscepimus, Christus reliquias duas rationes exprimit atque urget; quarum

I^{ma} sumpta est ab utili; receptione sc. in coelum, si quis mandato de pedum manuumque refectione, oculorumque effossonem & abjectione paruerit.

II^{da} petita est à damno; videlicet detrusione in gehennam, si quis obedientiam recusaverit.

Christus Jesus per sanctum suum Spiritum corda nostra aperiat & excitet ad sanctam attentionem & docilitatem, promptamque mandati sui executionem. *A. M. E. N.*

I. PRÆMII POLLICITATIO.

Melius est tibi, inquit Christus, ad vitam ingredi claudum aut mancum. Rursus: Melius est tibi luscum ad vitam ingredi. Ratio hæcab utili sumpta est. Vulgo dicimus: *Inter duo mala, sc. poenæ, minus est eligendum.* David, trium poenarum optione à Deo sibi datâ, triduanam pestem elegit, additâ prægnante hæc ratione: *Incidamus quæso in manum Iehovæ. nam magnæ sunt miserationes ejus: in manum autem hominis ne cadam.* 2. Sam. 24. v. 14. In tempestatibus maris, ad exemplum sociorum Ionæ, præstat bona in mare projicerere, quam periculum mortis subire. Ionæ. 1. 5. Paulus & qui cum ipso vehebantur, *ipsi suis manibus armamenta navis abjecere* maluerunt, quam navis & vitæ jacturam facere. Act. 27. v. 19. Ita si viator obruatur à latronibus, præstat bona quam vitam amittere. Est & hic affectus naturaliter hominibus inditus, ut membra alicujus dispendio, conservatio-

nem & incolumitatem totius corporis vitæque terrenæ redimant. Præstat sanè, etiamsi magnos dolores excitat & tristitiam, oculum erui, manumque vel pedem amputari, quod illorum amissione salva retineri possit totius corporis constitutio. De Zaleuco Locrensum legislatore Valerius Maximus libr. 6. cap. 5. *Vrbe Locrensum à se saluberrimis atque utilissimis legibus munita, cum filius ejus adulterii crimine damnatus, secundum jus ab ipso constitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota civitas in honorem patris pœne necessitatem adolescentulo remitteret, aliquando repugnavit: ad ultimum precibus populi evictus, suo prius, deinde filii oculo eruto, usum videndi utriusque reliquit.* Hegesistratus Heleus aruspex captus à Lacedæmoniis, & in vincula conjectus, quum ferratis loeis vincitus esset, dimidium pedem præcidit, ut se comedibus illis eximeret: denum subruto muro periculum effugit, deceptis excubitoribus. Herodot. in Calliope. Quia & bruta animantia naturaliter ita comparata sunt atque affecta, ut quoquo modo possibile sit, periclitanti vitæ consulant. A vicula laqueo irretita, vel alæ vel pedis dispendio, si id liceat, intentatam perniciem rapidissimè fugit. De elephantis Solinus Polyhistor: *Cum, inquit, venatu premuntur, pariter confringunt utrosque dentes, ut ebore damno non requirantur.* Hanc enim sibi causam periculi præsentiant. Cap. 38. Tale & illud est quod idem de castore scribit, cap. 23. *Testiculi ejus appetuntur in usu medelarum, idcirco cum surgeri se intelligit, ne captus prosit, ipse geminos suos devorat.* Salubre nimurum est Catonis præceptum: *Quæ nocitura tenes, quamvis sint chara, relinque.* Quid si tanto conatu, ratiōne danno corporis vita servatur: quanto majori retinenda est salus ac vita animæ? *Quid enim eximij habet momenti, si corpus abscessâ manu, resecto pede, eruto oculo, servetur, brevi postea moriturum, & in cineres redigendum?* Animæ verò longè alia est ratio: id quod & Poëta gentilis agnoscit, dicens:

Vt

Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignem.

Arida nec sitiens ora levabis aquā.

Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?

At pretium pars hæc corpore majus habet.

Sed Christum ipsum, testem veracem & fidelem, audire præstat. Ait Is: *Quid prodest cuiquam, si totum mundum lucratus fuerit; anima vero suâ multetur?* aut quam dabit quispiam compensationem animæ sue? Matth. 16. 26. Næ satius est, manum pedemque amputare, & oculum eruere, si offendiculo nobis sint, h. e. eorum quæ carni in hoc mundo charissima sunt jacturam facere, quæm his retentis & servatis, jacturam æternæ vitæ pati. Nam (uti suprà monuimus) verba Christi secundum literam nequaquam sunt intelligenda, quasi qui altero pede, oculo, manuque in hac vita privatus est, etiam mutilatus iisdem membris in coelum sit ingressurus. Quibus sinistri aliquid in corpore accidit, hac se erigant consolatione, omnes imperfectiones & nævos, qui in corpore fuerunt, in coelo tollendos esse. Erit illic dies regenerationis, quo non solum anima perfectè ad Dei imaginem, sublatis omnibus peccatis & erroribus, renovabitur, sed etiam corporis defectus tollentur, adeoque integer spiritus, & anima & corpus, illæsa, perfecta, glorificata, in Dei conspectu sistentur. 1. Thess. 5. 23. Non claudicabit amplius Iacobus Patriarcha super femur suum. Genes. 32. 31. neque caligabunt oculi Isaaci. Ibid. cap. 27. 3. neque teneri & debiles erunt oculi Leæ. Ibid. cap. 29. 17. neque claudus & affetus pedibus erit Mephibosethus. 2. Sam. 4. 4. & cap. 9. 3. Nervosè & perspicue Paulus: *Iesus Christus transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme fiat ejus corpori gloriose, pro vi ista efficace quæ potest etiam subjecere sibi omnia.* Philip. 3. 21. *Cæci & claudi non introgrediebantur in domum Davidis.* 2. Sam. 5. 8. Quidni Christus regni sui cives & domus coelestis incolas à sacitate, claudicatione, omnibusque corporis defectibus

Cc

bus

bus & naves sanaret? Christus in his terris venientibus ad se opemque suam implorantibus cæcis visum, surdis auditum, mutis loquela, claudisque pedum usum restituit. Et non tolleret naves defectusque eorum, quos recepturus est in æternæ gloriæ consortium? Stat consolatione plenis simut, & ex coelestis veritatis fonte haustum pronuntiam illud Apostoli: Seritur corpus cum corruptione, suscitatur cum incorruptione: seritur fænum, suscitatur cum gloria: seritur omnium virium expers, suscitatur potens: seritur corpus animale, suscitatur corpus spirituale. 1. Cor. 15. 42. 43.

Idoneus & optimus verborum suorum interpres Christus ipse est, qui quod hic ait, *Melius est tibi ad vitam ingredi claudum aut mancum aut luscum &c.* alibi sic enunciat: *Quisquis reliquerit demos, aut fratres, aut sorores, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, causam nominis mei, centuplicia accipiet, & vitam æternam hereditatis jure possidebit.* Matth. 19. v. 29. Qui abnegant parentes scandalum objicientes, honore & gloriâ æternâ à coelesti Patre decorabuntur. Stat enim hic promisso suo: *Honorantes me honorabo.* 1. Sam. 2. v. 30. *Quod si parentes terreni eos exhaeredent, domoque suâ expellant: at cogitent, se Dei filios esse: quod si filii, et iam heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Rom. 8. 16. 17. In domo coelestis Patris habitationes multæ sunt, quod Christus profectus locum ipsis paravit. Ioan. 14. verl. 2. 3. Qui gratiâ & favore regum, principum, & magistratum terrenorum, ad Christi & veritatis abnegationem solicitantium, sacerdo, Christum liberè & intrepide confitentur, hoscivissim Christus, Rex regum & dominantium Dominus, coram sacra sanctâ Trinitate, beatisque Angelis & hominibus confessurus est, ex suo promisso: *Quisquis agnosceret me coram hominibus, agnoscam & ego eum coram Patre meo qui est in celis.* Matth. 10. v. 32. Magno fuit honori Joann i Baptista; quod Christus coram Iudeis illum confessus est, ejusque con-

constantiam deprædicavit. Ibid. cap. 11. 7. & seqq. Sed longè majus est & erit, cum illum coram Patre suo coelesti & sanctis Angelis confitebitur, illumque pro suo subdito, servo, fratre & amico habebit & agnoscat. David regno præpositus & in locum Saulis inauguratorus, eos agnoscebat qui illi in exilio & calamitatibus adhæserant, nec divelli a eo Saulis tyrannie potuerant, eosque proceres & duces constituebat. Quid non facturus est noster David? Utique ad summos honores erecturus est constantes nominis sui confessores. *Socij in afflictione, socij ejus futuri sunt in regno.* Apoc. 1. v. 9. *Faciet eos reges & sacerdotes Deo & Patri suo;* Ibid. verl. 6. dicturus eis: *Vos igitur qui permanistis mecum in tentationibus meis. Ego vero pacificor vobis, prout padlus est mibi Pater meus regnum: ut edatis & bibatis in mensa mea in regno meo; & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël.* Luc. 22. v. 28. 29. 30. Nec aliter Paulus: *Si substiterimus, etiam conregnabimus.* 2. Tim. 2. 12. Næ quæstus hic maximus est, & fecundus hoc uberrimum, à Deo quem agnoscí, pro eo quod ab homine agnitus ille est: in celis prædicari, pro eo quod in terris Christum est confessus: coram Patre coelesti & sanctis Angelis agnoscí, pro eo quod coram adulteris & improbis hominibus Christum agnovit. Porro qui honorem mundanum & fluxum à regno coelesti avocantem contemnunt, sempiterno honore ornabuntur & augebuntur. Nam, Paulo teste, Deus reddet eis qui per tolerantiam querunt boni operis gloriam & honorem & incorruptibilitatem, vitam eternam. Et subjicit: *Gloria & honor & pax erit cuivis reditè facienti bonum.* Rom. 2. 7. 10. Haud ignotum id Mosi, de quo Paulus: *Per fidem Moses jam grandis renuit vocari filius filiæ Pharaonis; potius elegens simul malis vexari; cum popula Dei, quam temporariam retinere peccati fruitionem: maiores ducens divitias probrum Christi, quam Ægyptiorum thesauros.* Intuebatur enim in premij retributionem. Hebr. 1. v. 24.

25. 26. O animum invictum! Adoptiohi regiae ultro renunciavit, ut jus iuris Dei ipsi constaret. Fruitionem peccati momentaneam sprevit, ut bona conscientia, quae juge convivium est, & perpetua laetitia atque laetitia, perfaci posset. Thesauros Egypti reliquit, ut veris & aeternis bonis ditaretur. Praterea qui mundanas voluptates, Dei verbum suffocantes, abnegant, purissimis in celo atque perennibus voluptatisbus perfundentur & cumulabuntur. *Suavissime David, uberrime expletur pinguedine domus tuae, & de torrente deliciarum tuarum bibendum das eis. Quandoquidem penes te est fons vita, in luce tua fruamur luce.* Psal. 36. v. 9. 10. Insuper qui opes & divitias propter Christum relinquunt, aeternis divitiis, imo Deo ipso potentur. David regno regisque thesauris exutus, laetus canit: *Iehova portio praedii mei, & calix meus es: tu, Iehova, sustentas sortem meam. Funiculi ceciderunt mibi in amanis locis: ideo etiam hereditas pulchra obtigit mihi.* Psal. 16. 5. 6. De Hebrais Paulus scribit: *Direptionem eorum quae vobis suppetebant cum gaudia exceptis, ut qui sciretis vos habere apud vos ipsos potiorem substantiam in celis, & que permaneat.* Hebr. 10. v. 34. Eadem quoque consolatio nos animet ad praestandam similem constantiam in direptione & jactura facultatum nostrarum. Singula verba sunt emphatica. *Scimus, nempe ex tot Christi promissionibus. Potiorem vestram habere: quam videlicet sit ista, cuius jacturam, Christi causam, facimus. In celis: terram amittimus, cœlum lucramur. Permanentem. Fluxa enim & caduca sunt terrena omnia. Cœlestia sola durant.* Denique *habemus apud nos. Quamvis enim in celo illa sit deposita, fide tamen & specie certa eam jam tenemus.* Itaque ut omnia capiant tyranni, hanc tamen vestram minimè eripient; adeoque non magis thesaurum istum nobis extorquere poterunt, quam animam ipsam, in qua eum reconditum habemus, interimere. Matth.

10. 28. Crates Thebanus suis sese bonis à Philosophiæ studio avocari existimans, ea in mare abjecit: *Malo enim, inquit, ea perdere, quam ab iis perdi.* Philoxenus poëta, domum ac fundum opulentum in Sicilia nactus, & gentis illius luxum ac delicias animadvertis: *Per Deos, ait, haec bona me non perdent, sed ego potius illa.* Moxque cessit aliis hereditatem, & è Sicilia discessit. Quid si miseri illi Ethnici, virtutis moralis & politicæ discendæ, vitæque suæ rectè insti-tuendæ gratiâ, hæc præstiterunt: *Quid nos Christianos, verbo & Spiritu Dei eruditos, promissiones spemque certissimam vitæ aeternæ & regni coelestis obtinentes, quid nos, inquam, facere par est?* Linquamus terræ filiis bona hujus mundi, divitias cedamus iis qui paradisum sibi in terris collocant. Quando Sodomâ execundum, ne intueamur post nos, ut faciunt iij qui habitationis pristinæ & thesaurorum recordatione desiderioque commoventur: *sed eripiamus nos ad animam nostram attentes, à cujus salute tota nostra salus pendet.* Gen. 19. 17. Quum olim uxor Potipharis Josephum prehenderet ueste ejus, atque ad illicitum concubitum sollicitaret, Iosephus, relata ueste sua in manu ejus fugiens egressus est foras, & servavit seipsum. Gen. 39. 12. Sic & nos bona, Dei permisso, nobis ab hostibus, Christi & Euangelij causâ, erupta relinquamus, ut nos ipsos & animas nostras coenodiūs feremus, & per tolerantiam nostram possideamus. Luc. 21. vers. 19. Denique qui vitæ jacturam faciunt, ut Christum liberè confiteantur, aeternam vitam consequentur. Rotundè Servator: *Quisquis perdidit animam suam med' causâ, inveniet eam.* Mat. 16. vers. 25. Atque hoc illud est, quod sancti cœlites de constantibus martyribus pronunciant: *Ipsi vicerunt Diabolum & organa ejus per sanguinem Agni, & per sermonem testimoniij sui: & animi sui prodigi fuerunt usque ad mortem.* Apoc. 12. 11. Hoc se solatio erexit ille ex septem fratribus, qui tormentis excruciatu, extremum spiritum jam agens, tyranno dixit:

Tu quidem scelest ex hac præsente vita nos eximis; verum Rex mundi pro suis legibus mortuos suscitabit in æternam resurrectionem vitæ. 2. Macc. 7. vers. 9. Mercatores, cupidine exigui & incerti lucri capti, pecuniam suam alijs credunt, ac periculis se, ac vitam suam terrâ marique committunt: quidni spirituales negotiatores, firmissimâ vitæ æternæ spe inducti, animam Christi & Euangeli causâ, perderent? Num plurimum damni facimus, derelicto veteri ac sordido carcere (quid enim aliud est corpus, quamdiu terrenum?) migrantes in æternam & coelestem domum?

Quod de abnegatione rerum in hoc mundo carissimum & pretiosissimum propter Christum, idem sentendum de pravis affectibus carnisque concupiscentiis, quae in manibus, pedibus, oculis, reliquisque nostris membris regnant. Utile est eas mortificare, ne nos occidunt. Et quidni eas rescinderemus? Neque enim inferre eas in cœlum possumus, in quo justitia inhabitat. 2. Petr. 3. 13. Plurima in sacris Literis ejus sensus occurrunt. Pro multis unum hoc Ioannis sufficiat: *Non intrabit in eam, sc. coelestena Hierosolymam, quicquam quod inquinat, aut abominandum quippiam patrat.* Apoc. 21. 27. Cui meritò subnecto illud Pauli: *Carnes & sanguis non possunt regni Dei hæreditatem consequi.* 1. Cor. 15. 51. Contra eis, qui ita manus & pedes absindunt & abjiciunt, oculosque sibi eruunt, h. e. carnis concupiscentias subiungunt, vitam æternam paratam esse, non tantum Christus hic asserit, sed etiam Paulus confirmat, dicas: *Si spiritu actiones corporis mortificetis, vivetis.* Rom. 8. 13. Hic habemus optimam verborum Christi interpretationem. *Actiones carnis* sunt rationis arbitrium, obstinatio: affectus carnis, cupiditates, inclinationes, irritationes: denique pravæ cogitationes, sermones, opera, qualia recensentur Gal. 5. 19. 20. 21. *Manifesta sunt opera carnis, que sunt, adulterium, scortatio, impunitas, lascivia, idololatria, beneficium, inimicitiae, litigies,*

ses, emulationes, excandescenia, rixæ, dissidia, hereses, inuidie, cedes, ebrietates, comedationes, & his similia: quæ prædicto vobis, prout etiam prædicti: eos videlicet qui talia agunt, regni Dei non fore hæredes. Hæ corporis actiones mortificandæ sunt. Hoc quid sit, malo Augustini, quād meis verbis dicere, ex Sermone ipsius 13. de verbis Apostoli: *Hoc, inquit, est opus vestrum in hac vita, actiones carnis Spiritu mortificare, quotidie affligere, minuere, frenare, interimere.* Quād multos enim proficientes non jam delectant quæ ante delectabant. Quando ergo delectabat, & non ei consentiebatur, mortificabatur: quia jam non delectat, mortificatum est. *Calca mortuum, transi ad vivum. Calca* jacenter, configite cum resistente. *Morta est enim una delectatio, sed vivit altera:* & illam dum non consentis, mortificas: cum corporis omnino non delectare, mortificasti. *Hæc est actio nostra, hæc* est militia nostra. In hoc agone cum configimus, Deum habemus spectatorem: in hoc agone cum laboramus, Deum possumus adjutorem. Si enim nos ipse non adjuvat, non dico vincere, sed ne pugnare poterimus. Hactenus Augustinus. Hoc si feceritis, vivetis. Quid illud vivere sit, pulchre Apostolus explicat v. 17. *Eritis hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: adeoque hæredes futura illius gloriae.* Ejusdem feminis & illud Pauli est: *Qui seminat spiritui, ex spiritu metet vitam æternam.* Gal. 6. 8. Nimirum quæ virtute Spiritus Christi, ex agro cordis, naturæ sterili bonorum operum, & feraci Zizaniorum a concupiscentiarum pravarum, radices istas malas & herbas noxias, prompto spiritu, extirpant atque ejiciunt, & Dei agri effecti, ex semi he verbi divini in cordibus suis à Spiritu sancto vivificati, fructus suæ professione dignos ferunt, & spiritualibus potius sive coelestibus quād terrenis & carnalibus addicti sunt, vitam æternam metent, ac æternam cum Christo in cœlis vivent. Quod & istud ejusdem Apostoli referendum: *Nunc liberati à peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctimoniam: finem autem, vitam æternam.* Rom.

Rom. 6. 22. Nec mirū. Quemadmodū enim dux belli militib⁹, qui in hostem strenue pugnant, prēmia decernit; Ita cœlestis militiae nostræ. *Dux nobis contra concupiscentiam carnis reliquosq; spirituales hostes fortiter certantibus, vitam æternam ex gratia reposuit.* Smyrnæorum Antistiti, strenuissimo in castris suis heroi, dicit: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vite.* Apoc. 2. 10. Quantum verò quamque amplum hoc est præmium! Verè Paulus: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in mentem hominis venerunt, que paravit Deus iis à quibus ipse dilitur.* 1. Cor. 2. 9. Neque enim per vitam æternam hīc intelligitur æterna anima & corporis atque irrupta conjunctio. Hæc enim reprobis communis est. Sed æterna hominis beatitudo, quæ ex Deinobis cum conjunctione seu unione indeficienti oritur. Quemadmodum vita corporis, est anima: Ita vita animæ, Deus est. Inde est illud Vatis regii: *Beata gens illa, cuius Iehova Deus est.* Psal. 33. vers. 12. Itemque Ioannis istud: *Quod vidiimus & audivimus, id annunciamus vobis, ut & vos communione habeatis nobiscum: & communio nostra sit cum Patre & cum Filio ejus Iesu Christo.* 1. Epist. 1. 3. Hanc communionem, quam hīc per fidem inchoatè habemus; perfectè per visionem in vita futura obtinebimus. Id quod ex Apostolo haurire est, dicente: *Per fidem ambulamus, non per aspernum.* 2. Cor. 5. 7. Rursus: *Cernimus nunc per speculum & per ænigmam, tunc autem facie ad faciem cernemus.* 1. Cor. 13. 12. Hæc Dei visio fundamentum est & causa æternæ beatitudinis. In gloriosa hac visione Dei & Servatoris sui, Iobus, in summâ inopiat & gravissimis concatenatisque calamitatibus, exultat; hæc summa desideriorum & felicitatis ejus: *In carne mea visurus sum Deum.* Idem qui sum, ac non alienus visurus sum mihi, & occupi mei aspecturi. cap. 19. 26. 27. Hæc spe David sepulchri tenebras, mortis angores vicit, ac contra carnis suæ corruptionem se consolatus est: *Satietas gaudiorum est coram facie tua;*

qua; amicitates sunt ad dexteram tuam in æternum. Psal. 16. 11. Item: *Ad me quod attinet, cum justitia videbo faciem tuam: quum evigilavero, saturabor similitudine tua.* Psal. 17. 15. Eadem lætæ visionis Dei spe Christus pios ad cordis munditiem excitat: *Beati qui sunt mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Matt. 5. 8. His commodè attempi potest istud Ioannis: *Dilecti, nunc filii Dei sumus, sed nondum manifestum factum est quod erimus: scimus autem fore ut quum ipse factus fuerit manifestus, similes ei simus: quoniam videbimus eum sicuti est.* 1. Epist. 3. vers. 2. Qualis verò & quanta futura sit illa visio, curiosè non est indagandum. Sufficit, ita nos Dei majestatem visuros, ut nihil amplius desideratur simus. Quum olim Jacobus Patriarcha in figura Deum vidisset, exclamavit: *Deum vidi hisce oculis in oris, & erexit est anima mea;* Gen. 32. 30. Verè nos Deum in cœlis coram videntes dicere poterimus: *Deum videmus: anima nostra salva facta est.* Deum videare, superat omnia gaudia. Christum videre, cum Christo vivere, Christum audire, superabit omnia cordis nostri desideria. O desideratam vitam! O beatam felicitatem! in qua sanctissima Trinitas erit perfectio desideriorum nostrorum, quæ sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, & sine defatigatione laudabitur. Ex hac gloria & salutifera, omnemque hominis captum excedente Dei visione, plenaria sequetur renovatio atque sanctificatio. De creditibus, in hac miseriарum valle cum carne & imperfectione luctantibus, Paulus scribit: *Nos omnes retecta facie gloriam Domini, quasi in speculo intuentes, in eamdem imaginem transformamur ex gloria in gloriam, sicut à Domino Spiritu.* 2. Cor. 3. 18. Quanto magis intuitus ille gloriosus sancte Trinitatis voluntatem hominis ac reliquas omnes virtutes & facultates in consensum ejusdem sanctitatis & gloriæ rapiet: sicut Sol speculo, à quo recipitur, suam imaginem ac fulgorem communicat. Istæ Dei visio non nisi iis qui mundo sunt corde pro-

promittitur à Christo, Matth. 5. v. 8. Hinc etiam Paulus : *Sedamini sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum.* Hebr. 12. 14. A non regenitis removetur. Nam Nicodemus Christus inquit : *Amen amen dico tibi, nisi quis genitus sit terum, non potest videre regnum Dei.* Ioan. 3. 3. Quid ergo mirū, si animæ beatorum in coelo stolis albis amictæ dicantur, & palmas in manibus habere, tanquam Satanæ, mundi & peccati victrices ? Apoc. 7. 9. Ipsa etiam Sponsa Christi ad Sponsum ingressura, ad solennitatem nuptialem plenè celebrandam, byssō mundā & splendida amicitur : quæ byssus justificaciones sunt sanctorum. Ibid. c. 19. 8. Hanc Dei visionem & perfectam renovationem consequetur perfecta totius hominis glorificatio. Quod ipsum Ioannis confirmatur testimonio, qui beatorum Christi confessorum felicitatem in cœlis describens, ait : *Non esurient amplius, neque fitient amplius, nec in eos cadet Sol, neque ullus aestus.* Ibid. c. 7. 16. Absterfurus est Deus annem lacrymam ab oculis eorum : & mors amplius non existabit : neque luctus, neque clamor, neque labor exstabit amplius : quia prædenta abierunt. Ibid. c. 21. 4. His calculum suum adjicit Paulus : *Oportet corruptibile istud induere incorruptibilitatem, & mortale istud induere immortalitatem.* 1. Cor. 15. 53. Igitur adserit istud Christi : *Tunc justi effulgebunt ut Sol in regno Patris sui.* Matth. 13. 43. Fieri autem non potest, quin ubi corpus hominis, omni peccati & naturæ infirmitate liberatum, corporilem Christi gloriose erit conforme; atq; anima ab omniliucta carnis & spiritus libera, conspectu divinæ essentiae & gloriæ fruetur, quin, inquam, totus homo solidâ consolacione, atque animus ejus ineffabili gaudio perfundatur. Eliaj teste, *latitia perpetua erit super caput beatorum : gaudium & latitudinem asequentur, fugientque maror & gemitus.* c. 35. 10. Hinc Cœnæ lautissimæ vita æterna assimilatur. Apoc. 19. 9. Petrus gloriose & ineffabili gaudio beatos in coelo exsultaturos asserit. Epist. cap. 1. 8. Gaudebunt electi propter loci amoenitatem.

tem, quem possidebunt ; propter jucundam societatem, in qua regnabunt ; propter corporis glorificationem, quam habebunt ; propter mundum, quem contemperunt ; propter infernum, quem evaserunt. Nullum in coelo & terra manus bonum, quam Deus : ideo etiam non potest esse manus ac perfectius gaudium, quam Deum videre, Deum possidere. Ideo etiam per unicum momentum Deum videre superabit omnia gaudia : videbimus enim Deum in seipso, Deum in nobis, & nos in Deo. Humana gaudia plerumque transeunt in luçtum : *Gaudium nostrum cœleste nemo tollat à nobis.* Ioan. 16. 22. Ideo vita æterna dicitur : quod epitheton eti à Christo hic non additur, ex subjectâ tamen materiali & opposite igne æterno manifestè colligitur. *Hæreditas in cœlis nobis servata, nec corrumphi potest, nec contaminari, nec marcescere.* 1. Petr. 1. 4. Est a marantina glorie corona. Ibid. cap. 5. 4. Regnabunt beati in secula seculorum. Apoc. 22. 5. Aflueri convivium centum octoginta diebus durabat. Esther. 1. 4. *Iusti vero abiibunt ad vitam æternam.* Matt. 25. 46.

II. POST NAM D E N U N C I A T I O.

Alterani rationem, à damnoso sumptam, Christus hisce verbis proponit : *Quam duas manus vel duos pedes habentem conjici in ignem æternum.* Rursus : *Quam duos oculos habentem conjici in gehennam ignis.* Quod si quis spe vitæ æternæ non afficiatur, moveri saltem debet horrore geheunalis incendijs, ac mortis æternæ. Si quis manum, pedem, oculum, aliudve corporis membrum male affectum, unde reliquo corpori salutis periculum nascitur, amputari nolit, tandem totum corpus infici, & enecari sentiet. Sic etiam res habet in spiritualibus, sive res charissimas, sive concupiscentias carnales, Christo & cultui divino præferamus. Quid profuerit homini, res terrenas pretiosissimas atque gratissimas

mas retinere, si fiat cum animæ dispendio? Multi nosunt, Christum liberè & publicè confitendo, parentes terrenos offendere: & in iram Patris coelestis incurvant. Magna stultitia. Horrendum est incidere in manus Dei vivi, clamat Apostolus Hebr. 10. vers. 31. Causam alibi assignat: Et nūm Deus noster, consumens ignis est. Ibid. cap. 12. 29. Apostolo succlamat Propheta: Coram indignatione ejus quis subsistat? & quis consistat in æstu iræ ejus? quum excedentia ejus fundetur velut ignis, ipsæ rupes evertuntur ab eo. Nahum. 1. v. 6. Alij uxorem, maritumve verentur, quominus Christo adhærent: & interea Christum, animæ Sponsum, abnegant. Triste divortium, & detestabile adulterium, quod inultum haud relinqueret Deus zelotypus. Graviter Psaltes: Ecce longinqui à te pereunt, exscindis quicunque adulterando deficit à te. Psal. 73. 27. Nonnulli sibi in cultus divini exercitio plus metuunt affectibus & sororibus suis, quam à Christo Jesu, fratre nostro primogenito, à quo una salus nostra pendet. Hi spiritualem fraternalitatem abrumpunt, quod tantundem est, atque animarum saluti renunciare. Stat enim illud Christi fratris nostri: Quisquis fecerit quad vult Pater ille meus qui est in cœlis, is est meus frater, & soror, & mater, Matt. 12. 50. Sunt qui honoris mundani jacturam facere noudentes, cum æterna ignominia & dedecore peribunt. Christum ipsum audite: Quemunque puduerit me ac meorum sermonum in gente ista adultera & peccatrice, Filium etiam hominis pudebit ejus, quando venerit in gloria Patris sui cum Angelis illis suis. Marc. 8. 38. Nec desunt qui fluxas mundi opes deferere recusantes, coeli divitias, & Christum, thesaurum pretiosissimum, seque ipsos amittunt. Damna & turpis permutation. Nervosè Christus: Quid prodest cupiam si lucretur universum mundum, seipsum autem perdat, siue sui ipsius exitio multetur? Luc. 9. vers. 25. Copiosa queque eorum est seges, qui desiderio & studio conservandas, prorogandas, & retinendas

nendæ vitæ terrenæ, æternae vitæ jacturam patiuntur; de quibus Servator: Quisquis voluerit animam suam servare, perdet eam. Quid prodest cupiam, si totum mundum lucratuſ fuerit, anima vero ſuā multetur? aut quam dabit qui ſpiam compensationem animæ ſue? Matth. 16. 25. 26. Quemadmodum filius id quod à patre accepit munusculum, male collocat, & facile amittit, si aut libipſi illud impudenter retinuerit, quod patris custodias debebat concredere, aut si acceptum pro vili pretio vendat, vel temere abiciat. Ita & vitam hanc, quam certè Pater dedit, quamque nemo alijs dare, aut reddere potest, nisi Pater coelestis, omnino perdemus, si illam aut nobis ipſis ad nostram libidinem vendicaverimus vel abſtulerimus, aut venum huic mundo exposuerimus.

Eadem est ratio pravorum affectuum & concupiscentiarum carnis, in pedibus, manib⁹, oculis, & reliquis corporis membris se exerentium, quae niſi reſecentur & mortificentur, in æternam mortem homines præcipitant. Clarissime Paulus: Si secundum carnem vixenſis futurum est ut moriamini. Rom. 8. vers. 13. Et paulo antè: Quod sapit caro, mors est. vers. 6. Mors, non foliū temporalis, sed & æterna, quā inchoat privatio imaginis Dei & vite æternae, id est, conſolationis: perficiet autem privatio conſpectus Dei & beatitatis æterne post hanc vitam. Quare quando carnalis vita jucunda peccatori videtur, & affectibus ipſius abbluditur, horribilis exitus cogitatio terrere eum debet. Nec aliquis vergit illud ejusdem Apostoli: Quum servi eratis peccati, liberi eratiris iustitiae. Quem iuxta fructum habebatis tunc ex iis de quibus nō erubescitis? nam finis illorum, mors est. Et subſicit: Stipendia peccati mors. Ibid. cap. 6. 20. 21. 23. Ecce, peccatum, quod tam dulce atque delectabile facit Diabolus, mortem æternam operatur. Mors utique acerbissima. Præludia ejus sunt morbus conſcientie: at corporis mors: vix imago æternae. Supplicia ignis, rotæ, crucis &c. omnes

exhorrescimus, tametsi momentanea. Quād horrenda igitur mors æterna? *Ignis ille inexstinctus: ubi vermis eorum, qui in eam flammam erunt conjecti, non interit, & ignis non extinguitur.* Marc. 9. 45. 46. Vitam & gaudia æterna, nullus oculus vidit, auris nulla audivit, in nullius hominis mentem venerunt. 1. Cor. 2. 9. Ita ineffabiles sunt dolores inferorum. Usque adeò nocet emta dolore voluptas. Carris voluptates & concupiscentiae similes sunt locutis Apocalypticis, quarum capitibus impositæ erant tanquam coronæ similes auro, & quarum facies erant ut facies hominum, & habebant capillos ut capillos mulierum: sed dentes earum ut leonum erant, & caudas habebant similes leonum, erantque aculei in caudis earum. Apoc. 9. v. 7. 8. 10. Sunt instar fructus arboris vetitæ in paradyso; qui primis parentibus aspectu jucundus, concoctu permolestus fuit. Escæ similes sunt, quæ suâ dulcedine ad latentem & lethalem hanum devorandum allicit. Verissimè Paulus: *Quum, inquit, essemus in carne, affectus peccatorum per legem existentes evigebant in membris nostris, ad fructum ferendum morte.* Rom. 7. v. 5. Nomine fructus alludit ad liberos, quos uxor tollit ex marito. Finis conjugij est factus vitalis. At in hoc conjugio mola gignitur, quæ mortem affert matri. Infelix fuit Neronis mater, quæ peperit, ut esset qui ipsam perderet. Infeliores homines, qui factum edunt animæ suæ lethalem. Crudelis Nero, quia matricida. Hic abortus Neronem deterritor: quippe matr' non corporalem tantum, sed & spiritualem, imo æternam mortem afferens. Ova basilisci hoc quidem excludere est. Atque hīc certè obtinet illud, quod est apud Holeam: *Quum vento seminaverint, etiam turbini metatatem metitis, comeditis fructum mendacij.* Ibid. c. 10. 13. Eadē similitudine Iacobus utitur: *Vnusquisq; tentatur, dum à propria cupiditate abstrabitur & inescatur.* Deinde cupiditas, postquam concepit, parit peccatum: peccatum vero peradit, regnat mortem.

mortem. cap. 1. 14. 15. Hīc Apostolus ostendit generationem, conceptionem, partum, progressum ac perfectionem peccati. q. d. A Deo non est, quod impellitur aut inclinatur homo ad malè agendum: sed unusquisq; solicitatur, idq; efficaciter, ita ut peccato polluantur, cùm à suâ vitiositate à recto & bono abducitur, ac illecebris peccati inescatur, illaqueatur & capitur. Mox ubi corruptio hæc nativa voluntatem ac affectionem occupavit, & delectationem ad consilium usque, ac propositum male agendi perduxit, tunc factum suum monstrorum & horrendum in corde conceptum, peccatum sc. enitiur ac edit, quod, ubi adoleverit, & ad perfectionem perductum fuerit, mortem infert, ac peccatorem occidit.

Sed opera p̄tium facturi sumus, si mortis hujus descriptionem à gravitate & æternitate accuratiū consideraverimus.

I. Quod ad gravitatem, vocatur *ignis*. Qualis sit iste ignis, nec subtiliter disputamus, nec curiose scrutamur, nec salutis nostræ interesse putamus. Quilibet hoc summo agat studio, ne in ignem hunc incidat, & ardorem ejus sentiat. Duaruntamen rerum scitu necessiarum, ex vocabulo πυρός commonefimus. Ut iustionis cruciatus gravissimum omnium sunt atque exquisitissimi: Ita nullæ cruciabiliores & crudeliores pœnæ ab homine excogitari possunt, quād impiorum apud inferos. Quemadmodum æternæ virtutæ gloria & gaudium omnem humanum captum superat, nec fando exprimi potest: Ita nec cruciatum & pœnarum magnitudo, quæ damnatos in inferno manent, in hac vita plane intelligi, nedum verbis exponi potest. Tanta futura est tormentorum infernalium vis, ut præstaret damnatis non esse natis. Matth. 26. 24. Regnum ibi est tenebrosum, in quo damnati mandunt linguas suas præ dolore: & blasphemant Deum oculi præ doloribus suis & ulceribus suis, nec resipiscunt ab operibus suis. Apoc. 16. 10. 11. Dicti sunt montibus & petris, Cardite

dite in nos, occultate nos a conspectu ejus qui insidet throno, & ab ira Agni. Nam venit dies magnus illius : & quis poterit stare? Ibid. cap. 6. 16. 17. Adhæc vox πυρός indicat, quod non animæ duntaxat impiorum, verum etiam corpora ipiorum ab hoc igne tormenta sint passura. Talis enim est ignis, qui in ipsa etiam corpora agit, illisque dolorem longè majorem infligit, quam nunc præsens noster & materialis ignis nobis incutit. Hinc natum illud Christi: *Timete eum qui potest* *Gehennam & corpus perdere in gehenna.* Matth. 10. 28.

Eamdem ob causam Christus mortem æternam vocat γένενα τοῦ πυρός, gehennam ignis, per hypallagen, pro, ignem gehenna. Gehenna est vox Hebraica composita ex duabus, ge, id est, vallis, & Hinnom. Ios. 15. 8. Hinnomus est nomen proprium. Ideo dicitur vallis filiorum Hinnomi, tanquam olim possessoris, ut existimatur. Ios. 15. 8. Ea autem vallis erat prope Hierosolymam in agro suburbano amœna & Cedronis aquâ irrigua, viridariis & hortis consita, totaque nemora ac deliciis plena. In hac valle erat tabernaculum & idolum Molochi, quod sicut inter omnia idola principatum obtinuit, ita Deus illud maxime abominans, cultum ejus non raro prohibuit. Erat autem idolum æneum, figurâ Regis fabrefactum, intus concavum, cuius caput vitulum, pars vero reliqua hominem exprimens, brachia ad immolando pueros habebat extensa, qui vehementi idoli calore inter hosce nefarios amplexus comburebantur. Cum enim ex igne in idoli concavitate subiecto, id totum factum esset ignitum, tum impiissimi parentes, crudelitate incredibili, charissima pignora, suos nempe filios & filias, detestandis hisce complexibus cremenda tradebant, eaque Diabolica quâdam devotione in holocaustum saeßissimi odoris dæmonio Molocho (ut Gentiles Saturno) offerebant. Ne verò in horrendis illis tormentis miserabilis puerorum clamor exauditus, parentum viscera posset commovere: tum etiam ut gratius

gratius idolo fieret holocaustum, sacerdotes Molochi, quamdiu sacrificium durabat, rauco tubarum clangore, ac ingenti tympanorum strepitu undique æthera & aëra replebant. Unde & locus ille nomen sibi *Tophet*, à *Toph*, quod *tympanum* sonat, acquisivit. Hunc locum *polluit* piissimorum gentis Iudaicæ regum gloria *Iosias*, & constituit, ut illic cadavera & omnino res immundæ projicerentur, ne amplius ad immanem crudelitatem & idolatriam adhiberetur. 2. Reg. 23. 10. Isthæc vallis pro loco cruciandis in æternum reprobis destinato, atque ad eò pro ipso supplicio æterno accipitur: quia, uti suprà ostium, horribiliores cruciatus, quam unctionis, concipere animis nostris non possumus. Humana crudelitas, in poenas ingeniosa, exquisitissima invenit supplicia: nullum tamen acutius, nullum vehementius est igne. Quintus Curtius, scriptor Romanus, ubi suum diversis suppliciis discrimen assignasset, demum pronunciat: *Ignis suppliciorum ultimum.* Libr. 6. cap. 12. Tyrannis prisca vix acerbiores cruciatus ullos reperit, quam vivum flammis tradere, lente exurere, assare; rata hoc suppliciorum esse gravissimum. Quid de gehennæ igne dicemus? Mös fuit prisca poëtis subinde intercalaribus uti versibus. Ita crebrius repetito versu Virgilius, poëtarum princeps, canit:

Incipe Menalios mecum mea tibia versus.

Quo saepius ingeminato, demum subjungit:

Define Menalios, jam define tibia versus. Eclog. 8.

Hunc ipsum morem Servator noster in subjecta materia de igne gehennæ, iis qui pedes manusque absindere, & oculos eruere recusant, parato, observavit. Sic enim, Marco teste, ad populum peroravit: *Quod si manus tua facit ut tu offendas, abscede eam: bonum est tibi ad vitam ingredi mancum potius quam duas manus habentem abire in gehennam, id est, in ignem illum inextinctum: ubi vernis eorum non interit, & ignis non extinguitur.* Non piguit haec eadem uno loco ter dicere. Nam id ipsum

mox repetens : *Et si pes tuus, ait, facit ut tu offendas, absconde eum: bonum est tibi ingredi in vitam claudum potius, quam duos pedes habentem projici in gehennam, id est, in ignem inextinctum: ubi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.* In eadem omnino concione dictum hoc intercalare tertium ingemina : *Et si, inquit, oculus tuus facit ut tu offendas, erue eum: bonum est tibi introire in regnum Dei luscum potius, quam duos oculos habentem projici in gehennam ignis: ubi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.* cap. 9. 43. & seqq. Ecquem non terreat oris divinitatem tremenda terq; repetita comminatio? Protecto quisquis hoc illætabile carmen, quisquis tristissimum hunc lessum saepius & attentè hic cantaverit, in cœlo lœtissimum illud *Halleluja*, æternum cantabit. Apoc. 19. 6. Cogitate, quantum *ignis gehennæ* & noster differant. Noster cum illo collatus vix pictus videtur. Tormentum horribile prorsus, nec verbis effabile, hominem igne eminus ac lentè admoto aliquot horis torri vivum. Quodnam igitur tormentum, quam infandum, quam incomprehensum, non duas trèsve horas, non unum alterumque diem, non unum annosque mille, sed æternitate totâ (quæ tamen nunquam tota erit) & corpus & animamuri, nec unquam comburi? Noster ignis ardet & lucet : Tartareus, prout justitia divina lanxit, ardet, sed non lucet, nisi in gravius tormentum, ut qui dum viverent societatem coierunt in nequitias, socios lese agnoscant in tormentis. Ita fur adjutorem suarem, lusor collusorem, adulter adulteram cernet & tabescet, malletque cæcus esse, quam dolores alienos videndo facere suos. Optimè dixit Isidorus : *Ignis gehennæ lucebit miseris ad augmentum penarum, ut videant, unde doleant, & non lucebit ad consolationem, ne videant, unde gaudeant.* Libr. 1. Sent. cap. 28. Noster ignis consumit omnia: infernalis nihil. Si salamandra in ignibus vivit, & notissimi Siciliæ montes, totâ diuturnitate temporis atque vetustate usque nunc, & deinceps

deinceps flammis æstuant atq; integri perseverant, satis idonei testes sunt, non omne quod ardet absumi: & anima indicat, non omne quod dolere potest, posse etiam mori. His docemur, quâ ratione hominum sempiterno supplicio punitorū corpora, & in igne animam non amittant, & sine detrimento ardeant, & sine interitu doleant. Noster ignis ad pabuli modum vivit, augescit vel deficit, augescente vel deficiente pabulo. At ignis æternus divinâ iustitiâ nutritur, nullo soviendus mari, inextinctus est. Hæc una vox, *Inextinctus*, à Domino ter repetita, aut vitia nobis dissuaserit, aut pecudes nos esse demonstrabit. Atque ideo Christus etiam hoc loco mortem æternam describit

2. Ab æternitate: Conscientur damnati in ignem illumænum. Sic alibi : *Abibunt exsecrati ad supplicium aeternum.* Matth. 25. ver. 46. Huc & illa spectant : *Homines querent mortem, & non invenient eam: & cupient mori, & fugiet mors ab eis.* Apoc. 9. ver. 6. *Fumus tormenti ipsorum ascendet in secula seculorum: nec habebunt requiem die nec nocte.* Ibid. cap. 14. ver. 11. *Torquebuntur die ac nocte in secula seculorum.* Ibid. cap. 20. ver. 10. *Ira enim Dei, quæ ignis est consumens,* Deuter. 4. ver. 24. *ignem æternæ damnationis perpetuò instar sulphurei torrentis succendet.* Quod ipsum Baptista confirmat : *Qui non assentitur Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Ioan. 3. vers. 36. Quando mutabitur Dei ðixi, & justitia, mutabuntur etiam damnatorum supplicia. Atqui immutabilis est Dei justitia. Æternorum supplicia. Ad districtam judicis sententiam pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui nunquam in hac vita carere voluerunt peccato. Atqui est, ut nullus damnato terminus detur ultionis, qui, quamdiu valuit & vixit, habere noluit terminum criminis. Quando cessabit Dei ira, cessabit etiam damnatorum poena. Atqui æterna est ira. Unde textus facer : *Ecce turbo*

turbo Ichovæ excedenscentia proditurus est, turbo indesinenter habens, super caput improborum permanebit. Non avertetur astutus ira Ichovæ. Ierem. 30. vers. 23. 24. Aeterna igitur & poena erit. Quando verè resipiscunt damnati, poterunt a peccatis suis liberari. Sed præclusum erit tempus resipiscentiæ. Nulla ergo restat spes indulgentiæ. Pie & graviter Cyprianus: *Quando isthinc excessum fuerit, nullus jam penitentie locus, nullus satisfactionis effectus, hic vita aut amittitur, aut tenetur: hic saluti æternæ cultu Dei, & fructu fidei providetur.* Ad Demetrianum, §. 22. Si post hanc vitam nullus penitentiae locus; utique nec remissionis ullius peccati spes. Quando torquere desinent Diaboli; non torquebuntur amplius damnati. Atqui nunquam finem habebit furor & crudelitas Diaboli. Nunquam ergo cessabunt cruciatus hominum damnatorum. Peccarunt damnati in suo aeterno, h. e. quamdiu vixerunt. Iustum est, ut puniantur in Dei aeterno. Cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Non voluerint utique cum fine delinquare, si potuerint sine fine vivere, ut possent sine fine peccare. Aeterna est ignis infernalis materia, peccati scilicet macula: meritò igitur aeterna etiam poena. Non removebitur ab oculis Dei peccatorum in damnatis turpitudo: quomodo ergo removeri poterit suppliciorum in peccata constitutorum magnitudo? Peccatum insuper est infinitum malum, quia contra infinitum Bonum commissum. Meritò ergo ii, qui in peccatis moriuntur, ad infinita & sempiterna trahuntur supplicia. Peremit in se homo bonum aeternū: justò ergo Dei iudicio incidit in malum aeternum. Creavit Deus ab initio hominem ad sui imaginem: obtulit Deus homini in peccatum prolapso Filium suum verā fide apprehendendum, qui animam suam dedit in redēctionis pretium pro peccatis: media salutis æternæ homini paravit: spe vitæ æternæ eum dem excitavit. Iustum igitur est, ut, qui aeternis carere vo-

Iuerunt præmiis, aeternis etiam subjiciantur suppliciis. Nunquam à damnatis mala auferetur voluntas: nuncquam ergo ab iisdem malevolentis auferetur poena. Elegunt damnati momentaneam voluptatem; & finita mundi bona præ infinito bono: aspirarunt potius ad fugacis & brevissimæ hujus vitæ delicias, quam ad aeternæ vitæ divitias. Aequum igitur est, ut aeternas sentiant poenas.

Usus ad παιδείαν

Nunquam ignis aeterni & inextincti gehennæ obliuiscamur. Nam gehennæ meminisse, in gehennam non sinit incidere. Cogitemus ignem aeternum: sic facile momentaneum concupiscentiarum ardorem extinguemus. Bajuli quoties ad onus humeris vectandum vocantur, ante omnina diligenter illud inspiciunt, allevandoque probant, an humeri pates sint oneri, & an portare illud possint: Sic milieri, quibus peccata & pravae concupiscentiae allubescunt, quique pro exigua voluptate se ad bajulandum onus illarum manciparunt, probent primùm, quanta sit gravitas oneris, h. e. poenæ & ignis aeterni, quem pro ista voluptate sustinibunt, ut intelligant, num vires ipsis sint illum sustinendi. Quod si quis aeternum lecto molli teneretur, delicatisque cibis in coenaculo amplissimo quotidie vesceretur, millies mori optaret, quam perpetuò lecto affixus hærere. At damnati in inferno non cubabunt in lectis molliter stratis, non fruentur deliciis, sed in flamma aeternâ cruciabantur, ac visione Dei & Christi privabuntur, quod omnia superat supplicia. Dives Epulo aeternum apud inferos flebile illud canit: *Crucior in illa flamma.* Luc. 16. 24. Febriens sic quandoque ardet, ut arbitretur siti suæ vel dolium fontanæ frigidæ non sufficietur. Heu quis damnatorum siti medebitur? Ardebunt & sient, sed non omnes Orbis rivi, non fontes uni-

versi, non omnia flumina, nulla maria illorum ardentissimam fuscim extinguent, idcirco etiam nec eis guttula stillabit. Frustra Lurco predictus, ardentissimam siti in flamnis tartareis stimulatus, ingeminat illud: *Pater Abrahame, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extreūm digitum suum in aquam, & refrigeret linguam meam.* Luc. 16. vers. 24. Quām molestus est nobis calor æstivus, ut languemus, ut fatiscimus, ut anhelamus? Vester abjicimus, lecti operimentum excutimus, hoc illuc impatientissimè nos volvimus; urit lectus, nec quidquam amabilis præbet frigoris. Sed quid hoc ad sulphureum æternitatis vaporarium, ubi non solum refrigerationis nihil est, sed nec fore sperandum est? Non frigidulus vesper, non gelida nox, non rorans manè, ardores illos temperat. Una, sed ignea, sed doloris plena, sed æterna nox est. Ah, vel pœnæ saltem nos terreat, si non invitant præmia. Æternitas damnatorum inexplicable supplicium. Quicquid apud inferos est, tormentum est. Unde quaque, undique in doloribus sunt damnati. Supra eos paradisus est, sed æternum clausus. Abyssus infra, sed nūquām referanda. Ante ipsos tormentorum omnium æternitas. Ponè ipsos amissæ voluptatis amarissima memoria. Ad dexteram, tortores Diaboli. Ad lævam, pœnarum locij. Intra ipsos angor, vermis, terror, desperatio. O æternitatem interminata! O æternitatem nullis temporū spatijs circumscriptram! O æternitas, omni humano intellectu incomprehensibilis; quantum auges atque exaggeras damnatorum supplicia! Post innumera annorum millia semper cogitare cogentur, hoc ipsis tantum esse tormentorum principium. Gravis est damnatorum poena, propter suppliciorū acerbitatē: gravior est, propter suppliciorū diversitatem: gravissima, propter suppliciorū æternitatem. Mors ibi erit sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia mors semper vivit, & finis semper incipit, & defectus deficere nescit.

Quæ-

Quærerent damnati vitam, & non invenient: quærerent mortem, & mors fugiet ab eis. Post annorum centum milles millium millia, sine ullo fine ad rediviva revertentur tormenta. Plus cruciabit eos cogitatio de continuatione doloris, quām sensus tormenti exterioris. Quid miserū magis esse potest, quām ita mori, ut semper vivas, ita vivere, ut semper moriaris? Vita ista erit mortifera, & mors immortalis. Æternitas qualis sit, perfectè non cognoscimus. Neque enim dubium, quin id, quod nullā temporis mensurā circumscribitur, nullā etiam creatā mente comprehendatur. Si quid tamen de spatio æternitatis vis æstimare, tempus antemundanum debes cogitare. Si potes invenire Dei principium, poteris etiam invenire, quando finem habiturum sit, damnatorum supplicium. Finge tibi montem quendam altissimum, qui magnitudine excedat cœli & terræ spatium: finge quandam volucrem quibuslibet mille annis deportare ex hoc monte granulum tenuissimi pulveris. Sperandum esset, ut tandem post incomprehensibilia multa annorum millia finiretur magnitudo illius montis. Sed non potest sperari, ut finiatur aliquando infernalis iste ignis. Nunquam finientur damnatorū supplicia: quia ut infinita est Dei misericordia erga electos, ita infinita est Dei justitia erga reprobos. Statue tot esse tormentorum species in damnatis, quot sunt guttulæ magni maris: finge post millesimum quemque annum advolare quandam aviculam, & exhauste tenuem maris guttulam: sperandum esset, fore ut exhaustetur tandem maris copia. Sed sperari non potest finienda esse aliquando damnatorum supplicia. Ergo, mi homo, semper tibi pœna damnatorum æterna obvergetur. Sit cura agendæ pœnitentiæ, dum adhuc tempus est indulgentiæ. Quid aliud devorabit ignis iste, quām peccata tua? Quo magis peccata cumulas, eo majorem comburendi materiam cumulas & reservas. Nos oremus Deminum Jesum Christum, qui suā passi-

CONCIO SEPTIMA IN MATTH. XVIII.
 passione pro omnibus peccatis nostris plenissimè satisfecit,
 ut nos custodiat ab æternâ damnatione. Sit Judæ Apostoli
 vers. 24. & 25. Epist. votum , nostrum votum : sit ejus
 $\delta\omega\xi\omega\gamma\alpha$, nostra $\delta\omega\xi\omega\gamma\alpha$: *Ei qui potest nos custodire à la-
 pſu immunes, & statuere in conspectu gloria ſuæ in culpatos cum
 exultatione: id eft, ſoli ſapienti Deo Servatori noſtro,
 gloria eſto, & magnificentia, robur & au-
 doritas, & nunc & in omnia ſecula.*

A M E N.

F I N I S.

I N D E X

I N D E X P R I M U S
 Locorum S. Scripturæ, quæ
 explicantur, & ab adversariorum
 corruptelis vindicantur.

C A P.	V E R S.	P A G I N.
G E N E S I S.		
IX.	6.	78.
XXXIX.	9.	187.
S E X A C O D U S.		
XXII.	1. 2. 3.	87. 92.
D E U T E R O N O M I U M.		
VI.	6. 7. 8. 9.	18.
XIII.	10.	79.
XXI.	20.	90.
XXXIII.	2.	173.
J O S U A.		
XV.	8.	216.
I. S A M U E L I S.		
II.	17.	67.
I. R E G U M.		
II.	26. 27. 28. 29.	93.
II. R E G U M.		
IV.	8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.	25.
J O B U S.		
XXXI.	21. 22.	188.
	Ff	
P S A M.		

CAP. VERS. PAGIN.
PSALM I.

XV.	4.	12.
XVI.	8.	41.
XCI.	3.	122.
CXXVII.	3.	17.

PROVERBIA.

XIII.	7.	112.
XIX.	17.	26.
XXIV.	11. 12.	148.
XXVI.	1. 8.	13.
XXIX.	12.	50.

ECCLESIASTES.

VI.	10.	141.
VII.	6.	159.
XII.	5.	170.

ESSAIAS.

I.	4.	105.
XIX.	18.	135.
XLII.	3.	70.
LXVII.	24.	160.

JEREMIAS.

XVIII.	8.	21.
XXIII.	14.	106.
XLVIII.	3.	105.

EZECHIEL.

XVII.	44. 45.	111.
-------	---------	------

HABBAUCUS.

II.	6.	163.
-----	----	------

MAT.

CAP. VERS. PAGIN.

MATTHÆUS.

IV.	3. 4.	128.
	5. 6. 7. 8. 9. 10.	129.
V.	14.	155.
	39.	83.
VII.	13. 14.	116.
X.	32.	202.
XIII.	22.	177.
XV.	14.	35.
XVII.	20.	71.
XVIII.	5.	1.
	6.	31. 60.
	7.	101. 133.
	8. 9.	165. 195.
XIX.	29.	173.
XX.	26. 27.	6.
XXIV.	41.	76.
XXV.	44.	23.
XXVI.	52.	78.
XXVII.	4.	8.
XXVIII.	19.	22.

LUCAS.

XIV.	26.	172.
XXII.	22.	139.
XXIII.	41.	96.

JOANNES.

II.	10.	99.
VII.	4.	104.
XIII.	20.	26.
XIV.	2.	136.

ACTA APOSTOLORUM.

III.	3.	32.
	Ff 2	

EPI.

CAP. VERS. PAGIN.

EPISTOLA AD ROMANOS.

II.	17. &c.	57.
VI.	5.	184.
VII.	5.	214.
VIII.	6.	213.
	13.	206.
	29.	134.
IX.	32. 33.	36.
XII.	2.	118.
XIV.	13. & seqq.	14.
	19.	37.
IV.	1.	14.

EPISTOLA AD CORINTHIOS.

III.	19.	104.
IV.	16.	105.
IX.	27.	182.
XI.	19.	126.

EPISTOLA AD CORINTHIOS.

XII.	14.	20.
------	-----	-----

AD GALATAS.

II.	3. 4. 5.	38.
V.	24.	181.
VI.	2.	15.
	8.	207.

AD EPHESIOS.

V.	16.	152.
----	-----	------

AD COLOSSENSES.

III.	5.	180.
------	----	------

EPAD

CAP. VERS. PAGIN.

EPISTOLA AD THESSALONICENSES.

V.	11.	16.
----	-----	-----

EPISTOLA AD TIMOTHEUM.

V.	8.	19.
----	----	-----

AD HEBRAEOS.

V.	12. 13. 14.	15.
X.	34.	204.
XI.	24. & seqq.	131.
XII.	1. 2.	185.
XIII.	2.	26.

EPISTOLA JACOBI.

I.	14. 15.	215.
	17.	32.
II.	18.	29. 30.
	19.	133.

EPISTOLA PETRI.

II.	7.	36.
	11. 12.	47.
IV.	1.	183.
	10.	5.
V.	9.	130.

EPISTOLA JOANNIS.

III.	14.	67.
III.	21.	184.

APOCALYPSIS.

VI.	16. 17.	95.
-----	---------	-----

FINIS.

INDICIS LOCORUM S. SCRIPTURA.

INDEX SECUNDUS

Verborum, phrasium & rerum insigniorum, quae explicantur.

A.

A Sinus cur dicatur inferior lapis molæ. 76.
Augusti Cæsar's vigilans in jure dicendo. 5.

B.

B Aptizari in nomen Patris, Filii & Spiritus sancti, quid sit. 22.

C.

C Arnis actiones quæ sunt, &c quomodo mortificantur. 206.
Christus cur dicatur primogenitus. 134.
Christum quomodo excipiat, qui puerulos excipit. 24.
Conspicere Filium Dei, quid sit. 69.
Constantius Chlorus Imperator, quomodo constantiam auxiliorum suorum in fide Christiana explorarit. 176.

D

D Ecclationis aut confessionis ratio apud Judæos. 89.
Domesticorum oblitus, cur infidelis deterior sit. 20.

E

E Excipere puerulos quid sit. 10. 16.
Excipere aliquem in Christi nomine, quid notet. 22.

Fra.

INDEX SECUNDUS.

F.

F Ratres & sorores cur dicantur filii Dei. 133.
Fur rem furto ablatam in V. Testamento restituere tenebatur. 87.
Furti poena varia ex qualitate & quantitate delicti. 90.

G.

G Ebenna unde dicta. 216.
G Gehenna ignis, cur mors æterna vocetur. 216.

H.

H Inuoxi filiorum nullis quæ fuerit. 216.

I.

I Ignis urit acerrime. 215.
Ignis infernalis qualis sit, curiosè non est scrutandum. 215.
Ignis supplicium, gravissimum est. 217.
Infantes Christianorum duxique credunt. 65.
Judaicorum procerum immisericordia erga Iudæos proditorem. 8.
Julianus Apostata irrisor fuit verbi divini & religionis Christianæ. 167.

L.

L Aurelius martyr dixit pauperes esse thesauros Ecclesias. 7.
L Lucis filii cur dicantur pii. 32.

M.

M Majus & minus non variant speciem. 71.
Malo quatenus obsecere Christus vetet. 83.
Manus, pedes, & oculi ustant res charissimas & pretiosissimas. 169.
Manus.

INDEX SECUNDUS

- Manus, pedes & oculi quomodo nobis sint offendicula.* 171.
Manus & pedes quomodo exscindantur. 171.
Manus, pedes, oculi offendiculum nobis præbentes, sunt prava concupiscentie carnis, & affectus inordinati, quibus non obtemperandum. 178.
Membra terrestria quomodo mortificentur. 180.
Mola asinaria suspendebatur in collo ejus qui submergebatur. 76.
Molæ judæorum aliæ trusatiles, aliæ jamentarie. 76.
Molochi tabernaculum & idolum quale fuerit. 216.
Mortificatio carnis nostra quid sit, & quomodo fiat. 181.
Mundus pro hominibus in hoc mundo. 104.
Mundus pro impiis mundi filiis. 104.
Mundo cur Christus ne ab offendiculis denunciet. 107.

N.

- N**ecessitas alia est *absoluta*, alia *hypothetica*. 121.
Necessitas hypothetica non tollit contingentiam causarum proximorum, nec libertatem humana voluntaris. 121.

O.

- O**culi, manus & pedes pro rebus chariflmis & pretiosissimis. 169.
Oculi, manus & pedes quomodo nobis sint offendicula. 171.
Oculi quomodo eruantur, & absciantur. 171.
Oculi, manus, pedes offendiculum nobis præbentes sunt prava concupiscentia, & affectus. 178.
Odisse quomodo debeamus patrem, &c. 172.

P.

- P**arricidii poena fuit submersio. 75.
Parvi in Christum credentes, qui sint, & non sint. 63. 65. 66.
Parvi, qui sint Christo. 44.
Parvis quare Christus offendiculum ponit nolit. 45.
Parvos infirmos in fide ac pietate non vult Christus scandalizare. 68.
Pedes, manus & oculi pro rebus chariflmis & pretiosissimis. 169.

Pedes

INDEX SECUNDUS

- Pedes, manus, & oculi quomodo nobis sint offendicula.* 171.
Pedes & manus quomodo exscindantur. 171.
Pedes, manus, oculi nos scandalizantes sunt concupiscentia & affectus pravi. 178.
Possas crescere delictis crescentibus, quatenus verum sit. 92.
Pueruli sint qui aliquatenus fide in Christum prædicti sunt. 9.
Pueruli dicuntur qui sunt humiles & modesti. 10.
Puerulos Christus vult excipi à discipulis. 10.
Pupillam oculi alienus tangere, quid notet. 169.

S.

- S**candalum quomodo per aliquem veniat. 150.
Scandalum quid significet. 34. 103. 149.
Scandalum est vel acceptum vel datum. 35.
Scandalum quo sensu Christus & Euangeliū sit. 36.
Scandali accepti causa per se & per accidens. 149.
Scandala ut veniant, cur sit necessum. 121.
Scandalorum authoribus quomodo præster, ut suspendatur mola asinaria in collo eorum, ac demergantur in profundo mari. 94.
Scandalorum necessitas cum poena scandalizantium consistere potest. 137.
Scandalorum datorum poena pendet à Dei tūm justitia tūm veritate. 138.
Servitus quæ laudabilis. 6.
Submersio in mare, atrocissimum supplicii genus. 74.

T.

- T**entare Deum, quid sit. 129.
Titi Vespasiani beneficentia. 5.

V.

- V**æ pro calamitatibus & poenis summis. 105.
Væ commiserationis nota. 105.
Væ quo sensu Christus mundo ab offendiculis denunciet. 105.
Viaspatiosa quæ sit Christo. 117.

F I N I S
INDICIS VERBORUM, PHRASIUM
& RERUM IN SIGNIORUM.

Gg

INDEX

INDEX TERTIUS

Locorum communium.

Theologicorum,

A.

ADIAPHORA.

Adiaphororum usu libertate Christiana non est abutendū. 37.

ÆDIFICATIO PROXIMI.

Ædificatio proximi & Ecclesiæ omnibus piis commendata esse debet. I. 42.

AFFECTUS.

Affectus pravi refrænandi sunt, ne nos ad peccata pelliciant, & quō modo id fiat. 181.

Affectus pravi iisdem clavis crucifiguntur, quibus Christus ipse cruci affixus fuit. 182.

Affectus carnis pravos refrænare durum est atque molestum. 184.

Affectus pravi quibus mediis refrænari possint. 185.

Affectus, qui ad malum feruntur & impellunt, ad contrarium bonum dirigendi sunt. 186.

Affectus pravi verbi divini meditatione & oratione refrænantur 192. 193.

Affectus carnis mortificandi sunt, ne nos occidant: sic vitâ æternâ potiemur. 206. 213.

AFFLIGTIO.

Afflictionibus in hac vita premi præstabilius est, quam æternum apud inferos cruciari. 98.

AVARUS.

Avaros æternæ & atrocissimæ manent poenæ. 162.

B. BE.

INDEX TERTIUS

B.

BENEFICENTIA.

Beneficentiam piis suis membris præstitam, Christus sibi factam statuit, & hoc nomine prædicabit ac remunerabit. 25. 27.

BONA TEMPORALIA.

Bona temporalia qui propter Christum relinquunt, æternis divitiis imò Deo ipso potentur. 204.

C.

CARO CORRUPTA.

Caro corrupta quomodo mortificanda sit, ut Christo in patiendo conformes simus. 183.

Carnem corruptam contundere nos, Christi exemplo, oportet, ne ab ea perdamus. 185.

CHRISTIANUS.

Christiani omnes in Christo fratres sunt ac forores. 133.

CHRISTUS.

Christus in membris suis excipitur. 23.

Christus sibi impensum reputat, quicquid boni in puerulos & alios pios impenderimus. 25.

Christus est lux mundi. 33.

Christus veræ fidei manu apprehendendus, & firmiter tenendus est. 101.

Christus scandalum à Diabolo objecta ejusque tentationes verbo Dei vicit. 128.

Christus medicus nos à morbis animæ curavit, eorumque causas ostendit. 165.

CONCUPISCENTIA.

Concupiscentia prava omnium peccatorum radix est. 178.

Concupiscentia prava refrænandæ, ne nos ad peccata pelliciant, & quomodo id fiat. 181.

Gg 2

Concu-

INDEX TERTIUS.

- Concupiscentiae pravae iisdem clavis cruci affiguntur, quibus Christus ipse cruci affixus fuit. 182.
Concupiscentiae malae quibus mediis refrænari possint. 185.
Concupiscentiae quæ ad malum feruntur & impellant, ad contrarium bonum dirigendæ sunt. 188.
Concupiscentiae pravae verbi divini meditatione refrænantur. 192.
Concupiscentiae carnis mortificandæ sunt, ne nos occidant: sic vita æternâ potiemur. 206. 213.
Concupiscentias pravas refrænare, durum est atque molesum. 184.

CONFESSOR CHRISTI.

- Confessores Christi constantes à Christo honore æterno decorabuntur, qui h̄c à tyrannis premuntur. 202

CONJUGES.

- Conjuges Christum animarum Sponsum sibi mutuò præferre debent. 174.
Conjuges, qui se mutuò supra Christum moerunt, impunè non ferent. 212.

CONSANGUINEI.

- Consanguinei abnegandi sunt, si ad apostasiam & scelera nos sollicitent. 173.

CORPUS.

- Corporis & *Opuscula* Deo summè displaceat, 167.
Corporis defectus &c navi in celo tollentur. 201.

D.

DEUS.

- Deus est lux. 32.
Deus in corda hominum introspicit. 61.
Deus suos hilaraturus, eosdem priùs extremè contritatus. 99.
Deus scandalorum authores accuratè observat. 145.
Dei oculis omnia nuda sunt & intimè patentia. 60.
Dei cogitationes & viæ aliæ sunt, quam hominum. 60.
Deum nihil latet mali quod ab hominibus committitur. 146.

DIA-

INDEX TERTIUS.

DIABOLUS.

- Diabolus primò mel, deinde fel proponat. 99.
Diabolus scandalum hominibus objicit. 122.
Diabolus precibus vincitur. 193.
Diaboli artes & insidiae ad seducendos homines. 122.
Diaboli tentationes fide verboque Dei vincuntur. 128.

DIVES.

- Divites excipere pauperes debent.

Divites scandalizant egenos, quando his esurientibus ipsi luxuriatur. 111.

DIVITIA.

- Divitiae obicienda sunt, si peccatorum sint illices, & scandalorum procreatrices. 177.
Divitias qui propter Christum relinquent, æternis divitiis, imò Deo ipso potentur. 204.

E.

EBRIOSI.

- Ebriosos æternæ & gravissimæ manent peccæ. 162.

ELEEMOSYNA.

- Eleemosynis qui abutuntur, gravissimum scandalum præbent. 114.

EXEMPLUM.

- Exemplo bono aliis præire imprimis debent, qui vel ætate, vel donis, vel munere aliis sunt inferiores. 48.

Exemplo bono qui alios ædificant, & Christo lucifaciant, Deum glorificant. 151.

- Exempla superiorum inferiores imitari solet, sive bona illasint, sive mala. 156.

Exemplorum bonorum necessitas & utilitas. 19. 21.

- Exemplis pravis mundi & impiorum ad imitandam eorum impietatem trahi nos non patiemur. 116.

Cap 3

Ex

INDEX TERTIUS. EXILIUM.

Exilia Iudeis facinorosis irrogata, intra terræ promissa terminos ipsos construxerunt, ne à vera religione alienarentur. 88.

F.

FACINOROSUS.

Facinorosus quavis resipiscat, impunitus tamē non est dimittendus. 23.
Facinorosus resipiscere nescius, & mortem promeritus, morte est mandatus. 82.

Facinorosorum supplicia, non licita tantum sunt, sed etiam necessaria & utilia, ac à Deo in utroque Testamento mandata. 77.

Facinorosorum resipiscientium anima, corpore ipsorum occiso, servatur. 99.

FIDES.

Fides est animæ oculus, pes & manus. 69.

Fides licet infirma, & exigua, vera est fides, totumque Christum apprehendit. 71.

Fides duas habet manus; dexterâ Christum apprehendit, sinistram ad proximum extendit. 101.

Fidem infirmam, quæ vera fides est, Deus non aspernatur. 71.

FILII DEI.

Filiæ Dei cur filii lucis appellantur. 31.

Filiæ Dei omnes in Christo fratres sunt ac sorores. 133.

Filiæ Dei ad obedientiam erga coelestem Patrem excitantur amore filiali, spe præmiorum, & metu poenarum. 197.

FRATRES SPIRITUALES.

Fratres merito dicitur filii Dei. 133.

FURTUM.

Furtum complexum possit capitali peccata puniri. 91.

H.

HOMICIDA.

Homicidæ, iussu magistratus, morte sunt puniendi. 78.

Homo

INDEX TERTIUS.

HOMO.

Homo homini non debet præbere scandalum, sed alter alterum adficare. 140.

Homines proclives sunt ad scandalâ obicienda. 143.

HONOR.

Honor stulto non est deferendus. 13.

Honor mundanus abnegandus, si à Deo nos avocet 176.

Honorem mundanum à regno coelesti avocântem, qui contemnit sempiterno honore in cœlis ornabuntur. 203.

HOSPITALITAS.

Hospitalitas commendatur. 25.

HUMILIS.

Humiles excipiendi sunt & honorandi. 12.

E.

IMMISERICORDIA.

Immisericordie poena atrocissima. 28.

I.M.P.I.

Impii non sunt honorandi, sed fastidiendi. 12.

Impii filii hujus mundi nil aliud quam offendicula aliis objicere possunt. 104.

Impii, scandalis objectis, justam impietatis mercedem recipiunt. 125.

INFANTES.

Infantes omnes piorum non donantur fidè in Baptismo, & postea quod voluit Lutherani. 63.

Infantes piorum actuali fidè non sunt prædicti. 64.

Infantes non justificantur fidè parentura in Baptismo. 64.

Infantes Christianorum non sunt accensendi incredulis. 65.

INFERNUS.

Inferni poenarum gravitas. 95. 160. 214. 215. 217.

Inferni poenarum æternitas. 95. 160. 219.

Inferni

INDEX TERTIUS.

Infernī pœnatum gravissimorum & æternarum nunquam nos obliuisci oportet. 221.

INFIRMI FIDE.

Infirmi fide excipiendi iubit & assumendi tam in doctrina, quam in via. ta. 14.

Infirmi fide Deo curæ sunt, nec animum despondere debent. 70.

Infirmi fide facile scandalis à verâ viâ abducuntur. 124.

Infirmos fide nemo debet scandalizare. 69.

LIBERI.

Liberi plerumque mala suorum parentum exempla imitantur. 110.

Liberis suis bono exemplo præire debent parentes. 19.

Liberis omnis generis paternæ dilectionis officia exhibere debent parentes. 19.

Liberos suos ad pietatemhortari debent parentes, & hoc sine in schoolam mittere. 17.

Liberos ad obedientiam erga parentes estimelant amor filialis, præmij exspectatio, & poenæ metus. 195.

LIBERTAS CHRISTIANA.

Libertate Christiana non est abstendam in usu adiaphororum. 37.

Libertate Christiana utendum pro temporum locorum & personarum ratione, ut tam nostræ quam aliorum utilitati serviat. 40.

M.

MAGISTRATUS.

Magistratus vel minimum subditorum benignè excipere debent. 5.

Magistratus exemplo bono subditis prælucere, & scandalis virare debent. 49. 148. 157.

Magistratus multum nocent malo exemplo. 49. 109.

Magistratus Christiani bona conscientia facinorosos capitali supplcio afficere possunt & debent: contra quam Anabaptistæ do-

Magis-

INDEX TERTIUS.

Magistratus supplicia facinorosorum pro magnitudine & atrocitate scelerum exasperare possunt & debent. 87.

Magistratus ut suppliciorum capitalium proportio ad scelera observetur, regulas certas observare debent. 89.

Magistratus multi offendiculo sunt suis subditis. 109.

Magistratus abnegandi, si à Deo abstrahere nos fatigant. 175.

MALUM.

Malum minus inter duo mala est eligendum. 199.

MANUS.

Manus nostræ ad quæ extendendæ sin. 189.

Manuum humarum præstantia & necessitas. 170.

MEMBRUM CORPORIS.

Membrum aliquod corporis perdere & ressecare præstat, quam vitæ jacturam facere. 200.

MEN DICUS.

Meadici validi & impudentes gravissimum præbent offendiculum. 112.

MINISTER ECCLESIAE.

Ministri Ecclesiæ omnes suos auditores fraternalè & benignè excipere, eisque humiliter servire debent. 6.

Ministri Ecclesiæ auditoribus suis bono exemplo præire, & scandalis cavere debent. 53. 156.

Ministri Ecclesiæ multum nocent malo exemplo. 53.

Ministri Ecclesiæ multi scandala præbent hominibus. 108.

Ministri Ecclesiæ scandala auditoribus objicientes, plus exemplo obfunt, quam monitis prosunt. 109.

Ministrorum Ecclesiæ servitus, quam salutem auditorum procurant, nec ignominiosa est, nec infelix. 6.

Ministrorum Ecclesiæ quæstus laudabilis & honestus. 7.

Hh

Ministros

INDEX TERTIUS.

Ministros Ecclesie ignavos & infidos externe manent poenit.
163.

MISERICORDES.

Misericordes misericordiam consequentur. 30.

MOSES.

Moses fide offendicula sibi in aula Egyptiaca posita vicit & tranquili-
vit. 130.

MULIER.

Mulieres variis modis scandala praebent. 115.

MULTITUDO.

Multitudinis vestigia in malo non sunt sequenda. 117.

MUNDUS.

Mundus dando scandalum & sibi ipsi nocet, & aliis, tam impiis, nō
piis. 106.

Mundus scandalis viam ad coelum obsepit atque obstruit. 123.

Mundi studia & amor fugienda. 118. 119.

Mundi malitia. 123.

Mundo quemodo sit utendum. 120.

O.

OCCASIO.

Ocasio beneficiandi & alios edificandi, singulis premenda est. 157.

OCULUS.

Oculorum humanorum utilitas, necessitas & excellentia. 163.

Oculis utendum ad Dei gloriam, proximique ac nostram salutem.
191.

OF

INDEX TERTIUS

OFFICIUM.

Officium & vocatio quid requirat, ne oblivia camur, sic scandalata vi-
tabimus. 42.

OMNIPRÆSENTIA DEI.

Omnipræsentia Dei consideratio à scandalis nos & peccatis retra-
hit. 41.

OPERA BONA.

Operum bonorum lucem pij de se spargunt. 33.

ORATIO.

Orationis effectus. 193.

P.

PARENTES.

Parentes liberos suos piè educare debent. 118.

Parentes liberos suos excipere debent, ad pietatem eos hortando,
bono illis exemplo prælucendo, & paternæ dilectionis officia eis
exhibendo. 17.

Parentes liberis suis bono exemplo præire debent, nec scandalum eis
ponere. 58. 157.

Parentes multum nocent pravo exemplo. 58. 110.

Parentes abnegandi sunt, si ad apostasiam & sceleram nos sollicitent.
173.

Parentes scandalum objicientes qui abnegant, à cœlesti Patre æternum
honorabuntur. 202.

Parentes terrenos qui propter Christum offendere nolunt, in iram cœ-
lestis Patris incurvant. 212.

Parentibus quatenus & quoisque sit obediendum. 174.

PAU-

Hh 2

INDEX TERTIUS.

PAUPERES.

Pauperes qui negligunt, in Christum ipsum immisericordes sunt. 28.

Pauperes eleemosynis abutentes scandalum præbent divitibus. 111.

Pauperibus quicquid impensum, Christus sibi factum reputat, & hoc nomine remunerabit. 27.

PECCATOR.

Peccatores resipiscere nescios non tantum hic temporaliter, sed & illic aeternum Deus puniet. 94. 159.

PECCATUM.

Peccatum nullum, quamvis levissimum videri possit, admittendum est. 43.

Peccatum etiam ad inferioribus ad superioribus ascendit. 49.

PEDES.

Pedum humanorum necessitas & utilitas. 170.

Pedibus quomodo erga Deum, nos ipsos, & proximum sit utendum. 190.

PII.

Pii se mutuo ædificare debent. 1.

Pii excipiendi sunt ac honorandi. 121.

Pii sunt filii lucis. 31.

Pii lucem fidei & bonorum operum de se spargunt. 33.

Piorum fides & obedientia per scandala objecta exercetur, & inuidem protrahitur. 126.

PRÆCEPTOR.

Præceptorum bonorum magna necessitas & utilitas. 18.

PRO

INDEX TERTIUS.

PROPOSITUM BONUM.

Proposito firmo cordis concupiscentiae & affectus pravi refrænandi sunt. 186.

PROXIMUS.

Proximus ædificandus præsertim ab iis qui ætate, donis, dignitate, & munere aliquo aliis sunt superioris. 155.

Proximus non negligendus, ne abjectissimus quidem. 8.

Proximus diligendus propter Christum. 23.

Proximus est ædificandus, non scandalum ipsi ponendum. 151.

Proxiimi ædificatio in omnibus nostris sermonibus & actionibus spestanda est. 42.

Proximum errantem in viam reducere debemus. 97.

PUELLA.

Puellæ variis modis scandala præbent. 115.

PUERI.

Pueri puerorum amant consortia, absque ullo dignitatis respectu. 30.

Pueri multi fide in Christum sunt imbuti. 67.

Pueris in Christum creditibus nemo debet scandalum præbere. 692.

PUERULI SPIRITUALES.

Pueruli excipiendi sunt & magnificiendi. 11.

Pueruli excipiendi sunt sanctis monitis, pio exemplo, & operibus charitatis. 16.

Pueruli quum stent Christi loco, excipiendi sunt. 22.

Puerulos & abjectos hujus mundi pii excipere debent. 4.

INDEX TERTIUS

R.

REGENERATI.

Regenerati scandala cavere debent, & facile possunt. 143.

RES TERRENAE.

Res terrenæ & temporales, etiam si pretiosissimæ sint atque carissimæ, libenter abjiciendæ, cum à Deo nos abstrahunt, & offensionis occasiōnem objiciunt. 172.

Res terrenas qui supra Deum diligunt, coelestibus bonis privabuntur. 211.

S.

SALUS.

Salutem pauci consequuntur. 116.

SCANDALUM.

Scandalum quod improbi accipiunt per calumniam vel errorem, suscipi deinceps est faciendum. 35.

Scandalum aliis datur dictis aut factis. 37.

Scandalum proximo infirmo non est præbendum in usu rerum adiaphorarum. 37.

Scandalum evitandi optima ratio est, si proximum dictis factisque ad pietatem studiamus, &c in ea confirmemus. 20.

Scandalum nulli, ne vel minimo quidem in regno cœlorum, est præbendum. 39. 44. 140. 151.

Scandalum evitaturis quæ regulæ in omnibus dictis, gestibus & actionibus observandæ sunt. 41.

Scandalum nemo, cujuscunque sit ordinis aut conditionis, aliis ponere debet. 46.

Scan-

INDEX TERTIUS

Scandalum impiis & incredulis non est dandum. 63.

Scandalum ne uni quidem ex patrulis in Christum credentibus dandum. 69.

Scandalum facile homines accipiunt ex optimè dictis ac factis. 150.

Scandala vitare debent, in primis qui vel ætate, vel donis, vel munere aliis sunt superiores, quales magistratus, pastores, & parentes. 48. 155.

Scandala noxia sunt mundo. 103.

Scandala sunt necessaria, propter Satanam, mundi malitiam, scandalizatorum vel malitiam vel infirmitatem, & propter Dei judicium respectu tum impiorum, tunc piorum. 122.

Scandala Deus venire justè permittit, tamen propter impios, tamen propter pios. 125.

Scandala fide & verbo Dei superamus. 128.

Scandala regenerati cavere debent, & facile possunt. 143.

Scandalorum authores singulos Deus accurate obseruat. 145.

Scandalorum remedium est diuinæ omnipotentiae & omniscientiae consideratio. 147.

Scandalorum authores non tantum temporalis sed etiam æterna peccata in inferno manet, omnibus atrocissimis in mundo suppliciis gravioribus. 95. 108. 138. 151. 159.

Scandalorum authores & sibi ipsis nocent, & aliis, & non impiis, tamen piis. 166.

Scandalorum omnia sunt plena in orbe terrarum, & dantur ab omnibus generis ordinibus. 108.

Scandalis à Diabolo & mundo objectis ne involvamur, summa nobis cautione opus. 127.

SCHOLE.

Scholarum magna necessitas & utilitas. 18.

SENSUS.

Sensus qui ad malum feruntur & impellunt, ad contrarium bonum dirigendi sunt. 188.

SIN

INDEX TERTIUS SINCERUS.

Sinceri excipiendi sunt & honorandi. 12.

SUPERBI.

Superbi non sunt honorandi, sed fastidiendi. 12.

SUPPLICIA.

Supplicia facinorosorum licita, necessaria, utilia, & à Deo in utroque Testamento mandata sunt. 77.

Supplicia capitalia facinorosorum in Novo Testamento à Christo non sunt abrogata. 78.

Supplicia facinorosorum magistratus pro magnitudine & atrocitate scelerum exasperare potest & debet. 87.

Suppliciorum publicorum causae & fines sunt, ut facinorosi meritas scelerum exolvant poenas, ut auferatur malum è medio populi, & ut error toti populo injiciatur. 79.

Suppliciorum varia genera pro ratione delictorum Deus constituit. 87.

Suppliciorum capitalium quatuor præcipue species fuerunt in populo Dei, lapidatio, suspensio vel crucifixio, combustio, decollatio seu confusio. 89.

Suppliciorum capitalium proportio ad scelera quomodo à Magistratis servari possit. 89.

TEMPUS.

Temporis ratio habenda est, ut bene illud & ad aliorum ædificationem ac commodum collocemus. 193.

V.

VINDICTA PRIVATA.

Vindicta privata est prohibita. 83.

Vindictæ privatae mala atrocia & damna. 84.

VITA

INDEX TERTIUS.

VITA ÆTERNA.

Vitæ æternæ gloria ex gloriosa Dei visione. 208.

Vitæ æternæ gaudia. 210.

VITA TEMPORALIS.

Vita hominis redimenda, membra alicujus dispendio. 209.

Vitæ temporalis potius jactura facienda, quam Deus abnegandus. 178.

Vitæ temporalis jacturam qui propter Christi confessionem faciunt, æternam vitam consequentur. 205.

Vitam temporalem qui retinere volunt, Christo deserto, æternæ vitæ jacturam patiuntur. 212.

VISIO DEI.

Visio gloriosa Dei in celis. 208.

Visionem Dei gloriosam in celis sequetur plenaria renovatio atque sanctificatio, & totius hominis glorificatio. 209.

VOLUPTAS MUNDANA.

Voluptates carnis tristem fortiuntur exitum. 214.

Voluptates mundanas qui abnegant, coelestibus voluptatibus perfundentur. 204.

F I N I S

INDICIS LOCORUM COMMUNIUM THEOLOGICORUM.

E I

E R

ELENCHUS

Sphalmatum graviorum.

Pag. 19. lin. 7. exempla. pag. 24. lin. 4. à fine, interfere,
puerorum. pag. 32. lin. 14. adde, &. pag. 41. lin. 2. à fine,
dele, ad. pag. 44. lin. 1. Esai. 53. pag. 83. lin. 22. Rom. 13. pag. 92.
lin. 4. à fine, furem. pag. 99. lin. 20. commutabitur. pag. 107.
lin. 10. à fine, reos. pag. 120. lin. 14. pro etiam lege enim.
pag. 127. lin. 2. corporis. pag. 163. lin. 1. faciunt. pag. 199.
lin. 4. interpretatione. pag. 208. linea ultima, corruptionem.

